



## VGITIVOS AVTEM DOMI-

num accusantes, & dominum absentem, & cetera.  
Conduplicatio est. Cum videbam, cum verba  
audiebam, & cetera. Hic est similiter desinens.  
In tuis oculis, in tuo ore & cetera. Dissolutum  
est. Spectarem curiam, intuerer forum, &cetera.  
Dissolutum est. Ista inquam differam, & cetera.  
Conduplicatio est. Sed omni metu liberaui  
isti, hospiti ignouisti, regem reliquisti, & cetera.

Dissolutum est. Item similiter desinens. Nihil ille de conditionibus  
tuis, & cetera. Repetitio est. Ignosce ignosce Cæsar, & cetera.  
Conduplicatio est. Quantus honoris P. rei, quantus senatus, & cetera.  
Repetitio est. Itaque Gn. Pomp. bella, victorias, triumphos, & cetera.  
Repetitio est. A Pompeio discessit, spem infinitam prosequi noluit  
& cetera. Dissolutum est. Ille exercitum G. Domitiij, &cetera. Repe-  
titio est. Ut enim mittam cuius tantum sceleris, & cetera. Occupatio est.


Cuius tantum sceleris fuerit, & cetera. Repetitio est. Item distributio.

Omnes reges, quorum multi erant finitimi, &cetera. Repetitio est. Quis  
consideratior illo, quis rectior. Repetitio est. Nota tibi est hominis  
probitas. G. Cæsar, noti mores, &cetera. Dissolutum est. Deiotari integritas,  
grauitas, virtus, fides, &cetera. Articulus est. Quod igitur conari  
occultius, & cetera. Contrarium est. Qualis rex Attalus in populum  
Aphricanum fuit, & cetera. Exemplum est. Repeto illius temporis  
memoriam, &cetera. Dissolutum est. Num quae trepidatio, numquis tu  
multus, &cetera. Repetitio est. Non quæro quasi verisimile non sit, &cetera.  
Occupatio est. Non arbitror, non audiui, &cetera. Dissolutum est. Pecu-  
niam dedit, exercitum aluit, &cetera. Dissolutum est. In regem iustum,  
seuerum, grauem, fortem, &cetera. Articulus est. Qui igitur adolescens  
non tanta gloria praeditus, & cetera. Contrarium est. Quod se iacta-  
re, quam ostentatione, & cetera. Repetitio est. Non factum crimen in-  
sectari, & cetera. Repetitio est. Sit in dominatu seruitus, in seruitute  
dominatus, & cetera. Contentio est. O tempora o mores, &cetera. Excla-  
matio est. Gn. ille Domitus, & cetera. Exemplum est. Consulem  
censorem, Pontificem maximum, & cetera. Articulus est. Sed tamen  
ille inimico seruum, & cetera. Contentio sententiarum est. usque ad  
eum locum ac semel iste est. Non ne cum esset productus, & cetera.  
Repetitio est. Vexatos, verberatos, & cetera. Articulus est. Et quem  
vos liberi in summa reipublicæ libertate, & cetera. Contrarium est,  
Etenim si Anthioc, & cetera. exemplum est. In Asia, Cappadocia,  
Ponto, & cetera. Articulus est. De magnitudine animi, graviitate, co-

stantia,

stantia, & cætera. Articulus est. Memoriam tuam implorat, & cætera. Dissolutum est.

ARGUMENTVM ORATIONIS PRO  
AVLO CLVENTIO  
HABITAE.



**V**LVS CLVENTIVS HABITUS, & Statius Albius Opianic⁹ Romani ciues ambo ex Municipio Larinate fuerunt ad inūicem inimici. Nam cum Cluētius matrē haberet nomīne Sasiam mulierem libidinosam atque impiam, & sibi etiam inimicam, eo quod contra phas, & familiæ decus electa per diuortium filia sua sorore Clientij ipsa generi sui Aulī Melini adolescētis nuptijs imixta non ut mater iam habebatur, & colebatur a filio matris impudicitiae, non amico, cum inquam haberet hanc matrē Clientius Melino illo adolescēte iam mortuo, & per scelus Opianici trucidato, ipsi Opianico matrimonio copulatam, & Opianicus vellet Martiales quosdam deditos sacrī matris liberos Romanosque ciues esse defendere contra ius & voluntatem Larinatium. Clientius vero causam hanc ageret contra Opianicum vehementer Opianico factus est inimicus, vnde ut Cicerō adserit, ac ut multa bona Clientij ab intestato, deuoluerentur ad Sasiam suam vxorem matrem cum veneno curauit tollere, quod cum Clientio esset indicatum comperto apud Scamādrum libertum Fabritiorū veneno accusauit primo Scamandrum & obtinuit. Deinde accusauit illum Fabritium patronum Scamandri, & iterum obtinuit, itaque patrono libertoque damnatis cum cuius causa beneficium hoc fieri dicebatur, Opianicum accusauit. Opianicus accusatus Scaleno iudici pecuniam grandem dedit ad quosdam alios iudices corrumpendos, quam pecuniam, cum Scalenus aliquibus iudicib⁹ promisisset deinde abnegauisset adserens se ab Opianico destitutum, vt eos Opianico infestos faceret, pecuniā ipse sum p̄sit, & Opianicum cōdemnauit, manebat enim, vt dicit Cicerō, Opianicum damnari pro se solo retenta pecunia, quam ea distributa per reliquos iudices eum absoluī, & sic Opianico a Scaleno, & ab alijs omnibus præ quinque damnato, cum fama esset illo in iudicio versatam esse pecunie

esse pecuniae intentionem, ingens inuidia est in Cluentium suggestio-  
nibus. L. Quinti Tribuni plebis, & defensoris Opianici concitata, ia-  
ctabat enim tribunus in populo hominem innocentem per pecuniam  
condemnatum. Cicero itaque cum Cluentius annos octo hac flagras-  
set inuidia, fereque in opinione hominum fixum esset innocentem  
Opianicum pecunia Cluentij condemnatum, hac ipsum oratione no-  
tabili hoc purgata criminé. Cumque Cluentius accusaretur aliis cri-  
minib⁹ matris eius impulsu, ut quod videlicet Opianicum iam dam-  
natum, & exulem venenari fecisset, quodque idem facere voluisset  
in filio Opianici adolescentे Cicero ipsum egregie hac mirabilis  
oratione defendit.

## GENVS CAVSAE IN QVO HAEC HABETVR ORATIO.



AEC ORATIO EST IN IV-  
diciali genere cōstituta. Habet enim hēc cau-  
sa accusationem cum defensione. Nam accu-  
satus Cluentius hac oratione a Cicerone de-  
fenditur. Demonstratiuum quod in vitupe-  
ratione Opianici, & laude Cluentii habetur  
est incedens. Nam accommodatur ad defens-  
sionem principaliter hic intentam.

## CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC HABETVR ORATIO.



T PLANE INTELLIGAMVS,  
in qua cōstitutione hēc oratio habeatur, videam⁹  
quę intentio, quęve depulsio sit in causa. Intentio  
autem accusatoris hēc est, Iudicium pecunia cor-  
rupisti. A. Cluentij, vt tuus inimicus Opianicus  
damnaretur. Item vt eam de omnib⁹ obiectis prin-  
cipalius criminibus coniungamus, vnamque fa-  
ciamus intentionē. A. Cluēti hūc adolescentē Opia-  
nicū in ei⁹ nuptijs veneno tollere voluisti. Itē patrē hui⁹ iā dānatū  
Opianicū de medio sustulisti, depulsio vero Cluentij ad hēc oīa talis  
esse cōprehenditur, iudicij nō corrupti tollere hūc adolescentē Opia-

CC.i. nīcum

nicum veneno non volui, patrem huius Opianicum iam damnatum  
veneno non sustuli, quare cum sit simplex hic negatio facti in depul-  
sione ad principalem intentionem accusatoris, appareat, quod consti-  
tutio principalis est coniecturalis, iuridicalis autem absoluta, & legi-  
tima ex scripto, & sententia constitutiones hic incidit, ut suis dicetur  
in locis.

## DE RHETORICAE PARTIBVS HIC CONSIDERANDIS.



E INVENTIONE, MEMORIA,  
& pronunciatione dicendum ut supra dictum est  
in Pompeiana. Dispositio vero hic est in partibus  
orationis, non ab institutione artis profecta, sed ad  
casum temporis oratoris iudicio accommodata. Pri-  
mo enim ponit exordium insinuatio permixtu,  
deinde divisionem, deinde narrationem cum qua-  
dam confirmationis parte coniunctam, deinde puram confirmationem,  
deinde confutationem, deinde regreditur ad confirmationem in con-  
stitutione legitima ex scripto, & sententia, deinde inserit confutationem  
ad quaedam obiecta, deinde confirmat in constitutione principali cau-  
sa, videlicet coniecturali, deinde concludit, sed conclusionis finis, &  
orationis non habetur.

## DE PARTIBVS ORATIONIS EXORDIVM.



NIMADVERTI IUDICES, & ceteri.  
Hæc oratio insignis hic incipit, & orationis exor-  
dium quod mirabile est, & incredibili ministerio  
atque arte confectum. Nam cum esset dubium ge-  
nus causæ, eo quod hinc suspicio corrupti iudicij  
Iuniani, & ceteri beneficij criminis obiecta Clue-  
tio ante ipsorum dissolutionem, quādam turpitu-  
dine ad causam videbanꝝ adferre, hinc honestas ex persona Clientij &  
persona Tullij defensoris ipsiꝝ oriri videbaꝝ in causa, ut ei vult Arist.  
j. sive Rhetoricæ Orator apparet, qualis quidem hic est, amicus, & bonus  
melius persuadet, fert quidem per se qualitatibus speciem, que honestat  
causam

causam suam, & iuxta Quintilianī sententiam non solum aduocati de fensionem, sed etiam testis fidem adfert. Cicero itaque talis orator, & vir quid mirum si honestatem adferre posset ad causam quam ipse defenderet, quam in hac causa Cluētiana ipsum fuisse gloriatum te nebras offudisse iudicib⁹ Quintilian⁹ ait libro quarto oratoriaē istitutions capitulo an Rhetorica sit ars. Cum igitur, vt dixi, esset dubium genus causæ, atque ad hoc accommodandum esset exordium benevolentiae captatiuum. Cunque iam in animis hominū insedisset opinio tribunitia suggestione cōflata, corruptum istud a Cluentio fuisse iudicium, atque ob id ex arte insinuatione foret videntum, quā adhibet docet in arte, quum est persuasus auditor. Ex hoc Cicero duplicitate respectu exordium, cum insinuatione permiscet, cū in genere causa dubio nil obstaret quin exordiri aperte posset immo ex arte deberet, & opinio illa quae quodammodo fixa in animis iudicum timebatur, insinuationem requireret. Ergo vt hic fecit egregie, & mirabiliter videamus. Primo enim per insinuationem ad se audienda allicit auditores pollicendo de eo quod aduersarij firmissimum sibi adiumentum putarint se esse dicturum, cum adserit se animaduertisse orationem oratoris contrarij in duas partes esse diuisam, quarum altera niti, & confidere magno p̄e videbaſ in inueterata iuidia iudicij Iunianij, & parte alia in qua non ita videbantur cōfidere breuiter recitata, dicit se vel le seruare eandem distributionem in respondendo, vt omnes intelligant nihil eum subterfugere voluisse reticēdo, nec obscurare dicēdo. Sic igitur cum ostendit se velle ad illa adiumenta aduersariorum firmissima, & secundum eorum ordinem respōdere, v̄sus est uno ex modis insinuādi, qui in arte ab eo docetur auditore persuaso, & etiam iuxta Quintilianī sententiam hic est v̄sus insinuatione, & partitione descendorum, vt insinuaret v̄tilius. Deinde aperto exordio benevolentia captat ab auditorum persona, aperiendo que de his existimatio, & que iudicij expectatio sit, simulque proferendo eorum laudabilem cōsuetudinē iudicādi, cū causæ difficultate mōstrata aperte testatur rē illā, seque in illa difficultate cōsolari q̄ ita audire de crībus cōsueuerūt, vt eorū dissolutionē qrāt ab oratore, &c. & vt attētos faciat expōit qliter sit actur⁹, deinde iterū bñuolētiā a psona auditorū captat, cū dicit nemine ciuē sine suo ac taliū hominū subsidio inuidiq̄ posse resistere, deinde, vt insinuādo, & bñuolētiā simul ab auditorū psona apte captando ad se auditores allicit. Prīo dubitatiōe vtif qd potissimū sit dictu⁹, aut cui loco respōsur⁹ cū admiratiōe, vt debere fieri docet ī arte, cū dicit se quo vertat nescire, vbī, vt ait Martian⁹, vtif figura q̄ diapore sis vocat, q̄ v̄tilis ē ad generādū credulitatē. Nā, vt ait Quintilian⁹ lī

bro nono oratoriæ institutionis, capitulo de figuris sententiarum ad fert, & aliquam fidem veritatis credulitatis dubitatio, cum simulam⁹ quærere nos, vnde incipiendum, vnde desinendum, quid potissimum dicendū, an omnino dicendum, cuiusmodi exemplis plena sunt omnia, & subiungit ipse Quintilianus exemplum huius loci Ciceronis, deinde enumeratis quæ negare non potest, & quasi formidata difficultate euellendę illius opinionis, vt iudices sibi cōciliet, sese ad id imponentem ostendit, cum dicit non esse sui ingenij, sed auxiliij ipsorum iudicium ipsius innocentiae, sic in hac calamitosa fama quasi in aliqua pernicioſiſſima flamma atque communī incendio subuenire. Deinde ostendo, quod in iudicio falsa inuidia valere non debeat, rogatisque iudicibus, vt hoc nihil præiudicati adferant, eos sibi facit attentos innuens sedicturum, quæ ante non ſciuerint. Cum eos deprecatur, vt patientur eum suum dicendi ordinem conseruare, & perorata causa si quid erit præteritum tunc requirant, quasi per hoc innuens nihil relieturum, sed omnia patefacturum, quibus vere poterunt remota inuidia iudicare. Deinde etiam, vt sibi valde attentos ac dociles auditores compararet, cum demonstrauerit ſcire ſe ad quantum difficile causam accedat dicit, si quis deus ad ſe audiendum benevolentiam iudicium cōciliarit, effecturum ſe vt intelligant, nihil tam timendum quam inuidiam, nihil tam optandum quam æquum iudicem, deinde iterum a persona iudicium, auditorum benevolentiam captat, aperiendo que ex pectatio ſit eorum iudicium, dicit ſe ſperare locum illum atque confefsum quem inimici fore Cluentio horribilem putauerant miseriæ illius futurum portum atque perfugium, deinde facit attentos, ac dociles rogando, vt attente audiant, & cætera. Ethæc pauca de hoc artificioso principio dicta ſint.

## DIVISIO.




ORRVPISSE DICITVR .A.  
Cluentius, & cætera. Hic est diuīſio pars vna  
orationis, qua hic est uſus egregie ſecundum  
eam ſui ſpeciem, quæ expoſitio nominatur, res  
enīm de quibus eſt dicturus exponit hic breui-  
ter & absolute, cum ſe dicit oſtenturum nemini  
nunquam grauioribus testibus in iudiciū  
vocatum. Deinde ea facta præiudicia, vt ſol  
uī nullo modo Opianicus potuerit, deinde his  
demonstratis oſtenturum, quod requiri intelli-  
gat pecunia

gat pecunia tentatum esse iudicium, non ab Cluentio, sed contra Cluentum, & facturum, ut intelligant quid in ea causa tota ipsa res tulerit, error ad finixerit, cōflarit inuidia. Et primum se facturum id ex quo & cetera. Ut hīc exponendo p̄dicit ita perficit orando. Visa tamen quibusdam fuit reprehensibilis ista partitio, vt ait Quintilianus, qui cum eis contra Ciceronem hoc loco sentire videtur. Nam vult ipse in unius criminis varia defensione superuacuam esse partitionem omnes modos defensionis colligētem, ut si quis ita partiatur, dicam non talē esse hunc quem tueor, ut incredibile videri possit homicidiū, dicam occidendi causam huic non fuisse, dicam hunc eo tempore quo homo occisus est trans mare fuisse. Et ideo paulopost hoc subiungit ipse Quintilianus. Itaque non defuere, qui Ciceronis illam pro Cluentio partitionem improbarent, qua se dicturum esse promisit, Primum neminem maioribus criminib⁹, grauioribus testibus in iudicium vocatum, quam Opianicum, deinde praejudicia facta ab his ipsis iudicibus esse a quibus condemnatur. Postremo iudicium tentatum pecunia non a Cluentio, sed contra Cluentum, quia si probari potest, quod est tertiu, nihil necesse fuerit dicere priora. Hæc ille libro quarto Oratoriæ institutionis, capitulo de partitione, cuius & si me valde ratio moueat, ut secum sententiam, tamen ita me flectit, & vincit authoritas Ciceronis, ut cogitare non possum quicquam in suis orationib⁹ viatosum, preposuit vero de industria partem hanc narrationi quam sequi debebat ordine profecto ab artis institutione, quia est eiusmodi ratio, ut in ea multa cōfirmatio misceatur. Si ergo volebat prius quid esset confirmaturus exponere, opus erat, ut partem hanc p̄pōneret narrationi.



**B S T E P E T O O P I A N I C E,**  
& cetera. Antequam Cicero veniret ad causam, ut vitaret inuidiam, quia contra mortuum diceret iam damnatum, ab ei⁹ filio veniam petit, ostendens necessitatem huiusmodi dicendi, & ad narrationem a longo repetendam illi codescensurus, ne id moleste patiatur iudices deprecatur, curauit enim summo studio, ut narraturus inueniret animos sine villa inuidia preparatos.

**NARRATIO,****CC.iiij.****Aulus**



**V**LVS CLVENTIVS fuit pater, & cæt.  
 Hic est narratio pars vna orationis, cuīus narratio  
 nis initium sumpsit Cicerio a persona posita, cum  
 accidentibus suis, quod fieri debere ex arte quando  
 id profuturum est, & ideo hic factum esse memo-  
 rat Quintilianus libro quarto oratoriae institutio-  
 nis, capitulo de narratione, & licet lōga sit illa nar-  
 ratio, non est tamen aliena a præceptis, quæ de breuitate narrationis in  
 arte dantur a Tullio. Si quis enim bene considerat quanta, & quā pro-  
 babilis narratione fuit opus, vt rem & causam suam iudicibus compro-  
 baret, non mirabit paulo lōgi exordiū rei demōstrādē causa petiſſe,  
 quod fecit, vt ipse testatur, vt cognitis principijs facilius extrema co-  
 gnoscerent. Est ergo breuis dicenda narratio, non quidem secundum  
 se, sed respectu materiæ, & causæ, est dilucida, & verisimilis, vt esse de-  
 bet ex arte narratio. Primo enim vnde necesse erat incipit, ac ne quis  
 obīcere possit principijs rationem remotiorem, & quasi , ab ouo hoc  
 est animis remoto principio ipsum inutiliter incœpisse, cum incipiat  
 a patre Cluentij. Sciendum quod incipit ab eius morte, vt ostēdat pri-  
 mo fomenta maternarum inimicitarum cum Cluentio, quæ sciri nō  
 possent, nisi nuptiæ Cluentiæ sororis Cluentiæ secutæ mortem patris  
 vtrinque narrarentur, circa quas nuptias narrando usus est Cicerio ex-  
 cursione laudabili dicens. O mulieres scelus incredibile, & præter hāc  
 vnam in omni vita inauditam. O libidinem effrenatam, & indomi-  
 tam . O audaciam singularem, non timuisse, si minus vim deorum  
 hominumque famam, at illam ipsam noctem facesque ipsas nuptiæ  
 les, non limen cubiculi, non cubile filiæ, non parietes denique ipsos  
 superiorum testes nuptiarum, hoc enim loco, & in hac excursione de-  
 monstrauit eleganter se vi quadam esse affectum sicut fieri oportere  
 in huiusmodi excursionibus Quintiliano placet. Fecit autem mirabi-  
 liter Cicerio, vt auditorum animos impleret affectibus, quiquidem  
 affectus in animis generandis sunt ab oratore per sermones passiona-  
 les, vt vult Aristoteles in sua Rhetorica, quales hi sunt omnium ani-  
 mos contra tales matrem facientis iratos, & insuper operæ pretium  
 est in hac causa, vt cognoscatur matrem inimicā esse Cluētio, & quia  
 contra parentes agentibus callida opus est arte, facit mirabiliter Cice-  
 ro, vt ipsum maternum nomen contra Sasiā matrem animosq; magis  
 accenderet, quam contra Cluentium, de quo loco non inutile est vide  
 re quid sentiat Quintilianus. Is ergo libro. xi. oratorie institutionis sic  
 scribit. Vnum iam igitur huic loco, quod est sane summæ difficulta-  
 tis, adendum videtur, vt quibus ea quæ sunt natura parum speciosa,  
 queque

quæque non dicere, si utrumlibet esset liberum maluissemus, non tam  
men sint indecora dicentibus. Quid asperiorē habere frontem potest,  
aut quid aures hominum magis respuunt, quam cum est filio filij ve  
aduocatis in matrem perorādūt aliquādo, tamē necesse est ut in causa  
Cluentij abiti, sed non semper illa via qua contra Sasiam Cicero vñus  
est, non quia ille non optime, sed quia plurimū refert qua in re & quo-  
modo lœdat. Itaque illa cum filij caput palā impugnaret, fortiter fuit  
repellenda, duo tamen quæ sola supererāt diuīne Cicero seruauit, pri-  
mū ne obliuisceretur reuerentiæ, que parentibus debetur. Deinde ut  
repetitis altius causis diligentissime ostenderet quam id quod erat  
in matrem dicturus non oporteret modo fieri, sed etiam necesse esset,  
Primaque hæc expositio, quanquam ad presentem questionem nihil  
pertinebat, adeo ut in causa difficulti atque perplexa nihil prius intuen-  
dum credidit, quam quid deceret. Fecit itaque nomine parentis nō filio  
inuidiosum. Sed ipsi in quam dicebatur, &cætera. Hec Quintilianus  
elegantissime prosecutus est, etiam Cicero narrationē usque quo erat  
opportū, usque videlicet ad Opianici damnationem, & inuidiam  
concitatam, & ea quæ id iudicium sunt secuta, ac ut egregie seruet re-  
liqua documenta breuitatis intuenti videre per facile, deinde quam di-  
lucide narret apertū est. Nam ut quicquid primo gestum est, ita pri-  
mum exponit, & rerum ac temporum seruat ordinem, & reliqua ad-  
implet, quæ pertinent ad narrationem dilucidam faciendam, quæ di-  
mitto legentis indagini, ne prolixior æquo sim, utque etiam verisimi-  
lis sit, quia ut mos, ut natura, ut opinio postulat dicat, spatia temporū,  
personarum dignitates, consiliorum ratiōes, locorum opportunitates  
constent, videre facile orationem legenti. Ego vero pertranseo tātum  
ne sim in re non necessaria longior, tamen quia illa tractantur ex locis  
confirmationis, quæ cum ipsa narratione miscentur in hac oratione,  
cūque hæc causa esset huiusmodi, ut si Cicero narrationem plane sim  
pliciterque voluisse, exponere forte maiore offenditionem animorum  
maioresque inuidiam cumulasset contra Cluentium sic argumentā  
do, & causam ipsam agendo narrauit. Sic denique partes rei gestę ipsi  
continuo argumenta subiiciens dispersit atque firmauit, ut ad vnam  
quamque confessim accommodet rationem, quo vulneri presto esset  
medicamentum. Et odiū opposita defensio mitigaret, ut exigente cau-  
sa fieri docet in veteri, & Quintilianus adfirmat libro quarto oratori  
institutionis, capitulo de narratione dicens inserendum esse expositio-  
ni defensionem re poscente, & factorum rationem pro verisimilitudi-  
ne rei agendæ, & sic a Cicerone fit hic, neque enim narratio hæc reper-  
ta est, ut tantum cognoscat iudex, sed aliquando magis ut consentiat,

CC.iiij.      ut ipse

ut ipse Quintilianus eodem libro & capitulo:



VNC IAM SVMMATIM EX ponam, & cætera. Recitatîs in superiori parte fundamentis, atque radicibus inimicitiarum Sasiæ matris atque Clientij filij sui, & ita recitatîs, ut vnumquodque dictum tractum videatur ad utilitatem suam causa vincendi, ut ab arte præcipitur, quod apparere potest faciliter intuenti. Descedit hic ad eam partem narrationis, in qua multa confirmatio commisetur. Nam cum velit ostendere in hac narratio ne incorruptum a Clientio fuisse iudicium, habet ostendere Opianum cum veris & grauibus criminationibus fuisse damnatum, & hoc narrare simpliciter & pure nihil esset apud animos, præsertim in oppositum persuasos, oportet ergo, ut narrando premisceat argumenta, & conjecturales locos cum causæ constitutio sit conjecturalis. Videamus itaque quam breuiter fieri potest nonnullos locos quibus causam hanc Clientianam narrando simulque confirmando narrata corroborat, summatim enim expositis hac in parte, & criminis beneficij & causa seu ratione, quibus Clientius accusauit, & ostendit Opianicum fuisse culpabilem, ingreditur narrationem quandam de vita, & sceleribus Opianicis, quæ narratio faret causæ Clientij per locum a probabilita vita, demonstrans eum fuisse iuste damnatum, cum a similis turpitudine nunquam abfuerit, cunque talia sciuerint iudices, qui damnauerint.



VNC TV HOMINEM, & cætera. Postquam late superius Cicero monstrauit narrando Opianici multa flagitia, & sic per locum a probabilita vita causam Clientij robouit. Hic descendit ad narrandum causam inimicitiarum inter Opianicum atque Clientium, & deinde illud crimen beneficij contra Clientium, pro quo criminis Opianicus principaliter damnatus fuerat. Et nota quod ille pro causa Martialis inimicitiae suscepit, & reliqua maior causa spes, scilicet hereditatis Cluetianæ, si fuisset Clientius mortuus intestatus, trahitur in argumentum pro causa Clientij ad ostendendum per locum a probabilita causa Opianicum voluisse tollere veneno Clientium, & per consequens eum iuste damnatum. Cum de hoc criminis causam dixerit, & sic non fuisse per

fuisse per corruptum a Cluentio iudicium condemnatum. Multa dī  
cī possunt. quare, & cætera. Superius demonstratis insidijs Opianici  
contra Cluentium, descendit ad ostendēdum a quo corruptio iudicij  
profecta sit, & probat primo per locum a probabili causa fuisse non a  
Cluentio, sed ab Opianico profectum, deinde ut est profecta seriose  
demonstrat, & interdum, ut attentos iudices ad narrationē habeat, eos  
ut attente audiant deprecatur. Cum enim in omni parte orationis stu-  
dendum sit, ut auditores habeamus attentos, hic Cicero potissimum  
postulabat, et merito in narratione tam longa, ut ait Quintilianus de  
institutione, iudices & in narratione nonnunquam, & in argumentis,  
ut attendant, & ut faueant rogamus, & sic facit hic Cicero.

## CONFUTATIO PVRA.



**E**QVE ME POENITET HOC  
potius tempore, & cætera. Postquam superius Ci-  
cero rem narravit, & narrando ita esse monstrauit  
fuisse videlicet Opianicum iuste dānatū, & ab  
eo pecunia iudicium fuisse tentatum, fuisseque in  
suspitionem illius corruptionis Cluentium veri-  
similiter a tribuno deductum, nunc ad puram cō  
firmationem accedit, in qua breuiter Cluentium  
purgat, nam cum ostenderit quare libentius nunc tractat hāc causam  
quam antea tractauisset, accedit ad cōfirmandū Opianicum corrū  
pere voluisse iudicium, Cluentium vero non voluisse, & hoc per lo-  
cum a probabili causa, & vterque ad loquendū inductus ostendit vni  
Opianico corrumpendi iudicium fuisse causam, Cluentio non fuisse,  
vel videri potest locus a collatione, cum utriusque sermone ad inuicem  
posito, & comparato ostendit id quod aduersarium fecisse criminatur  
alteri nemini bonum, nisi ipsi aduersario fuisse, deinde per locum ab  
argumento, & suspitione magis firma demonstrat Opianicum iudicium  
tentauisse pecunia cū ostendit, & Opianici tabulis hoc haberī, quod  
Scaleno iudicī nummos dedit, & cætera, & cum demonstrat fautores  
Opianici Scalenum ad iudicium flagitasse, & cæte. Simulque, quod  
obiçī posset de condemnatione Scalenī purgat ratione in narratione  
iam dicta.

## EPILOGVS:


Quare





VARE CVM IST INC CAVSA  
corrumpendi, & cætera. Post narrationem plenam  
argumentis, & positam immediate superius confirmationem hanc breuem Cicero hic usus est Epilogo quo breuiter, & in summa dictorum argumentorum memoriam reuocaret, & cætera.

## CONFUTATIO.




T ENIM PECVNIA M SCALE  
no, & cætera. Hic est confutatio in qua eam rationem, quæ adferebatur Tullio accusato de pecunia tradita Scaleno iudici ab Opianico, videlicet pro gratia redintegranda primo confutat cum ostendit id non fuisse possibile, & per locum ab arguento suspiciosem facit pecuniam apud iudicem, praesertim tam virum sordidissimum scilicet qualem d. fuisse Scalenū ipsamque pecuniam suspiciosem reddit ex numero minime ad conciliationem gratiæ, sed aptissime ad corrupendum tot iudices comparato.



T ENIM IUDICIA FACTA  
per multa, & cætera. Procedens Cicero confirmando quæ fuerant ab aduersarijs allegata, cum niterentur ipsi contra Cluentium, adferreturque iudicia aliqua de hac re, & sic per locum a iudicato causam suam confirmantes egregie ista confutat, & quia locus a iudicato proprius est constitutionis iuridicalis absolute, dicendum est quod ista confirmationis pars, quæ per huiusmodi locum innuitur in iuridicali absoluta constitutione versatur, quæ sic ad causam hanc incidit. Intendere enim aduersari iure contra Cluentium iudicatum esse debere, Cicero pro Cluentio sic depellit iure contra Cluentium iudicatum esse non posse. Omnia illa iudicia qualia fuerint trutinatur, & monstrat non fuisse iudicia, vel Cluentio non obesse, & primo iudicium quo C. Iunijs est damnatus labefactat Cicero per locum a consuetudine, & lege, cum id ostendit non lege, & more seu consuetudine fuisse tractatum, Sed vi & tempestate tribunitia fuisse confectum. Præterea si ex lege subsortitionis fuit ille damnatus, non esse cum Cluentij causa coniunctum. Deinde labefactat, & per locum a iudicato adductum per aduersarios

aduersarios contra Cluentium, ex damnatione aliquorum iudicium qui Opianicum condemnabant, ostendens illa iudicia nihil ad causam Cluentij pertinere. Deinde arguit per locum a iudicato Cluentium non corrupisse iudicium, cum facit mentionem de illo iudicio, quo fuit Falcula iudicatus gratis Opianicum cōdemnasse, & ex Falcula iudicio similitudinem ad reliquos iudices trahit. Et hoc loco de industria, quod negari non posset interrogans hoc modo. Videlicet dixit ne tandem causam. C. Fidicularius Falcula, & ex figura usus est ardentiore prolatione, & speciem maioris securitatis exhibuit, quā si sine interrogatione protulisset. Deinde locū a iudicato per aduersarios adductū de extimatione litis. P. Septimio Scēuole confutat per locū a consuetudine. Sequitur illud iudicium, & cætera. Confutatis non nullis forensibus iudicijs confutat hac in parte cēsoria, quæ cōtra Cluentium adferebant. Primo ergo confutat illum aduersariorum locum a iudicato censorio per locum a consuetudine, & more maiorum cum dicit maiores nunquam authoritatem cēsoriam, ut rem iudicatam obseruasse, & illud probat exemplis, institutisque maiorū, & nota quod in probationibus huius partis multa funguntur proemīj vice ut Quintilianus testatur, & apparet aperte literam intuenti. Quare qui vobis in mentem & cætera. Hic ponit Epilogum huius partis confutationis quæ censoria iudicia confutauit. Quare cum ita sint, & cætera. Procedens confutatio confutando iudicia illa censoria, nō standū illis esse demonstrat per locum a bono, & æquo, cum ostendit non pertinere ad communem utilitatem tantam potestatem censoribus dari, ut regiam licentiam quodammodo consequantur, quod fieret si suis scriptiōibus, ut rei iudicatae staretur, & cætera. Deinde ostendit quod si rei virtutis est standum, & non iudicij cēsorū, Opianicus suspiciosus esse debet. Cluentius vero non, & facit hoc locis conjecturalibus breuiter, & artificiose Epilogatis. Deinde iterum labefactat iudicia censoria per locum a consuetudine maiorum ponens aliqua exempla eorum convenientia. Vnum est quod de me maxime, & cætera. Quod obiectum testamento Egnatiij Cicero hac in parte confutat elegantí quodam, & artificioso argumento, ostendens in accusatione aduersarij duo esse inter se ipsa pugnantia, quod inuenire (ait Quintilianus) artificij est, fecit autem egregie hoc loco demonstrans censoriam notam, & Egnatiij testamentum, quibus duabus nihil magis Cluentio erat aduersum inter se pugnare, cum dicit. Sed Acci consideres censeo diligenter utrum censorum iudicium graue velis esse, an Egnatiij. At enim senatus vniuersus, & cætera. Quia aduersarij arguebant contra Cluentium per locum a iudicato senatus iudicium allegantes, Locū hunc Cicero cōfutat

confutat egregie ostendens senatū cōdītionaliter iudicasse, & pereunē  
dem locum a iudicato demonstrat, quod tunc, & cætera. Iudicauit per  
furorem populi cum fuerit postea recisum, & voluntate populi quod  
fecit repudiatum,



ST ETIAM RELIQVA PER-  
magna authoritas, & cætera. Quia inter cæte-  
ra iudicata, Ciceronis ipsius adferebatur autho-  
ritas cōtra Cluentium, obiectionem illam Ci-  
cero, ut vides, cōuellit egregie. Nunc quoniam  
ad omnia quæ ab se dicta sunt postquam Cicero  
maiora, & inuidiosiora superius magna ar-  
te, & incredibili purgauit industria, hic (ut ait  
Martianus) coniecturæ partibus expeditæ ad  
perscriptionem legis accedit ordine videli-  
cet commutatorio, si Cluentium legis assertione defenderet, fugere  
causam ne diffidentia videretur. Itaque ne videatur Cluētius nō cau-  
sa & re, Sed lege confidere, causam ex lege sic agit hic Cicero, ut vi-  
deatur non agere ex opinione Cluentii, ut ait Quintilianus libro quar-  
to de partitione Quædā interim nos inuitis litigatoribus simulandū  
est dicere, quod Cicero pro Cluentio facit contra iudicariam legem,  
& cætera. Sed videndum in qua causæ cōstitutione versatur hæc pars,  
& cum agatur hæc quæstio ex sententia legis & scripto, Quia aduersa-  
rii velint legis sententiam trahere ad omnes ciues Romanos. Cicero  
vero persistat in scripto legis quæ loquitur solum de hominibus ordi-  
narii senatori, ut appareat in textu orationis, dicendum quod cōstitutio  
est legitima ex scripto, & sententia Itaque videamus, ut hic Cicero cau-  
sam cōfirmauit ex locis cōstitutionis illius ut fieri docet in arte. Pri-  
mo enim ostendo, quod non secundum opinionem T. Acci causam  
ageret ex lege, sed ex re ipsa, & quod hoc fecit voluntate Cluētii, Qui  
non velit lege defendi, adducit locum illum communem a scripto di-  
cendum iudicium si in ea ciuitate quæ legibus vtatur, agatur  
Dehinc locum hunc multa ratione, & exemplo corroborat. Dein-  
de, ut debet ex arte vtitur illa crebra legis recitatione, & sententiam le-  
gis repetit, & ostendit id quod scriptum est dilucide, breuiter, commo-  
de, & perfecte scriptum esse, nec alligare Cluētium. Deinde ostendit  
quod periculorum sit, & indignum a lege recedere, cum dicit Cluen-  
tium, non recusaturum, quantum ad ipsum attinet, quin ea le-  
gerationem vitæ suæ reddat, & tamen iudices deprecatur, ut quoniam  
a legibus omnia commoda sua obtinent atque salutem, a legibus nō re-  
cedant, quasi

cedant, quasi per hoc velit innuere ea quae per leges obtinet si ab eis re-  
cesserint amittenda fore, & admonet quam sit indignum populum li-  
berum, & solutum per paucos iudices nouis legibus alligari. Deinde  
eam sententiam quae a. T. Accio erat excogitata, & scripto attributa  
contemnit, & infirmat, cum quasi. T. Accium deridendo eum sic age-  
re causam dicit, ut bonus discretusq; adolescens, velitq; intelligi oes-  
ciues ea lege teneri. Deinde ostendit iterum quam periculose sit a le-  
ge recedere, cum dicit videre se quata, & quam periculosa, & quam in-  
finita questio tentetur ab accusatoribus, cum eam legem que in sena-  
torio ordine scripta sit. P. R. transferre conentur. Deinde iterum lege  
recitata sententiam eius aperit, & demonstrat, & procedit demonstran-  
do, quod inconveniens ex huius legis violatione sequatur, cum ostendit  
periculum esse paratum. T. Accio authore omnibus, qui de plebe  
Romana vñquam dixerint testimonium, & cetera. Deinde quid ius-  
dice sequi conueniat, late pulcherrimeque demonstrat contra id quod  
T. Accius dixit, scilicet non oportere iudicem legibus esse deuinctum  
quibus quidem supradictis locis docet in arte causam agere eum, qui  
causam a scripto defendit, ut ipse hac orationis parte pro Cluentio de-  
fendebat. Quibus de rebus mihi pro Cluentio, & cetera. Postquam  
Cicero in constitutione legitima & scripto, & sententia demonstrauera-  
rit Cluentium non teneri. hic ad confutandum aliqua alia obiecta re-  
greditur, haec autem pars confutationis multum locorum artis disqui-  
sitione non indiget, fere enim tota est simplex negativa, & per eam ma-  
gis obiecta in vitam quam in causam Cluentij confutantur. Habetis  
iudices, qui in totam vitam & cetera. Cum Cicero late superius cau-  
sam egerit Cluentianam pro purgatione criminis, de corruptione iu-  
dicij causam nunc eandem agere incipit per purgationem criminum  
veneficij obiectorum Cluentio. Itaque pars haec confutationis, & cau-  
sa principalis quae versatur in constitutione conjecturali, quae con-  
stitutio est principalis in hac causa, ut supra dictum est. Confutat er-  
go primum veneficij crimen obiectum, primo per locum a testibus  
cum. L. Plectorij senatoris testimonium adducit, eumque summa fi-  
de, & virtute praeditum esse dicit, & ostendit, ut scire possit, quia vide-  
licet defuncti. Q. ubi fuit hospes in aegritudine sic ut propter au-  
thoritatem & certissimam rei noticiam sibi habendam fidem velit intelligi.  
Deinde hoc ipsum crimen confutat per locum a probabili causa cu-  
nullum commodum hereditatis defuncti ad Cluentium venisse de-  
monstrat. Alterum veneficij crimen & cetera. Confutatio, primo ve-  
neficij

DD.j.

neficij crimen confutat hac in parte secundum quod arguebatur Cluentius adolescentem Opianicū veneno tollere voluisse, & primo confutat per locum a probabili causa cum demonstrat nullam huius criminis causam fuisse Cluentio, aut incommodorum vitatione, aut cōmodorū appetitione. Deinde per locum a signo confutat interrogative loquendo, demonstratq; idoneā perficiendi facultatē in nuptijs nō esse quæsitam ex tempore, & ex frequentia, & cæte. Deinde negat quē intercepisse dicebant subito mortuum esse, qui quidem locus pura negatione sat valet (vt ait Quintilian⁹) siq; erit palā quid falsum negare satis est, vt p Cluētio Cicero. Cūque dixerat accusator Epoto poculo concidisse, negat eo die mortuum eum, & cætera. Deinde mēdaciū confutat per locum a testibus cum testimonium patris defuncti adolescentis adducit, qui pater si quid fuisset suspitiosum accusare Cluentium verisimiliter debuisset. Vnum etiam mihi reliquum, & cæte. Confutatis duobus neficij criminibus confutat hic tertium, quo arguebatur Cluentius damnatum Opianicum veneno per M. Aseliū substulisse, & confutat primo per locum a probabili causa cum nullā causam fuisse demonstrat, vt Cluētius mortuū Opianicū esse vellet, aut incommodorum vitatione, aut commodorum appetitione, cum esset iam talis Opianicus inimicus, qui obesse non posset, & cuius vita miserrima Cluentium delatradebebat. Deinde confutat per locum a signo cum ostendit idoneam perficiendi facultatem nō esse quæsitam, tum ratione ministri quem dicebant fuisse. M. Aselium Opianico quam Cluentio amiciorem, tum ratione modi neficij, cum differunt accusantes datum esse in pane venenum, quod ostendit fuisse difficile, vel nō ita facile sicut in poculo. Deinde Opianici morte narrata, vt demonstraret nō fuisse, quod aduersarij dixerant repentinam. inde matrem Cluentij vxorem Opianici Sasiam suspicione retorta, p locū a testibus quomodo ex testimonio serui stratonis adduxerant multa ratione confutat.

## CONCLVSION.



VOD HOC PORTENTVM DII  
immortales, & cætera. Cū Cicerio iam dixisset oīa  
vitæ pericula matre contra Cluentium compara-  
ta, nunc ad finē orationis id repetit, & concludens  
vtitur artificiose locis amplificationis, quæ per lo-  
cum communem instigationis auditorum causa-  
sumit, cum ostendit matrem illam non vul-  
gare, sed

gare, sed singulare esse monstrum, atque portentum, & enumerationē quadam vtitur multorum quæ antedixit, & in amplificatione persis-  
stens ostendit scelus beneficij Fabriciani consilio Matris ordinatum.  
Cæterum quia finem determinatum, & certum huius orationis habe-  
re non potui, plura de conclusione non dicam, nihilomin⁹ quia descē-  
dere videtur ad finem orata iam causa, & pars hęc locis ntitur ampli-  
ficationis, in quibus, vt fere materia s̄aepē ab oratore cōcluditur, parte  
hanc pro orationis conclusione signemus.

## DE ELOCUTIONE.

**V**LTIMVM VT DE RELIQVA PAR-  
te Rhetoricæ videlicet de orationis Elocutione videamus  
de qua plane per omnia sic dicendum hic, vt supra est dī-  
ctū, in Pōpeiana similiterq; de exornationib⁹ p̄scrutādū

## COLORES.

**O**MINETVR IN CONCIONI-  
bus, iaceat in iudicijs, Dissolutum est. Et sine ini-  
dia culpa plectatur, & sine culpa, & cætera. Com-  
mutatio est. Si eam ratio conuellit, &cetera. Re-  
petitio est. Portum atque profugium futurum,  
& cætera. Tralatio est. Nepharijs iniurijs quoti-  
dianis insidijs, &c. Articul⁹ est. Virtute, extima-  
tione, nobilitate, &c. Articulus est. Mater inquam appellabatur, &c.  
Conduplicatio est. Tuilla egregia, & preclara mater, & cætera. Per-  
mutatio ex contrario, conuenit cum tropo, qui dicitur Allegoria. O  
mulieris scelus incredibile, &c. Exclamatio. Itē repetitio Familię, co-  
gnationis, nominis, &c. Articulus est. Mulier audax, pecuniosa, &c.  
Articulus est. Instituit oratores, &c. Dissolutum est. Ut negocium  
suscepereunt adolescentem inuestiga, &cetera. Dissolutum est. Nun-  
quam se iudicijs, nunquam se legibus, &c. Repetitio est. Cū armatis  
aduolauit quatuor, viros quos municipes fecerant substulit, & cætera.  
Dissolutum est. Si tamen vtriusque humanitatem constantiāque co-  
gnoscit, &c. Permutatio est ex contrario. Illa autē nō admiratur auda-  
ciam, &c. Diuisio est. Itaque cæteri propter liberos, &c. Cōtētio sen-  
tentiarū est. Auditis non ab inimico, &c. Repetitio est. Audiebat  
verba multorum testiū, &c. Repetitio est. Et quis cum hęc cognos-  
uerit, & cætera. Interrogatio grauis & concinna. Quæ specie paren-  
DD.ij. tis memoria

tis memoriam nominis, & cæte. Articulus est. Quid de Opianico spicatum sit videtis, & cæ. Transitio est usque ad illum locum, ut illum magnum, & cæ. Non ille honorem a prouincia, & c. Repetitio est. Itaque rem cum Opianico transigit, & c. Dissolutum est. Rem confecit prima proportione. Dissolutum est. Nemo rem ullam contrahebat & c. Repetitio est. Omnes aspernabantur, omnes abhorrebat, & cæ. Repetitio est. Pro loco pro antiquitate generis, & cæ. Repetitio est. Erat ipse immani acerbaque natura, & Opianici, & c. Dissolutum est Sermonem Fabrichij non est aspernatus, & c. Dissolutum est. Proh dij immortales Opianicum, & c. Exclamatio est. Quis unquam audacior, quis nocentior, & c. Repetitio est. Satis arbitror demonstratum & c. Transitio est. Timor eius, perturbatio, & cæ. Aperiebatur causa insidiarum. & c. Dissolutum est. Sic pugnauit, sic omni ratione contendi, & cæte. Repetitio est. Aderat frequens, aduocabat, & c. Dissolutum est. Citatur reus, agitur causa, & cæ. Dissolutum est. Erigebat animum iam demissum, & c. Dissolutum est. Respicie iudices hominum fortunas, & c. Repetitio est. An vero illi sua per se ipsi iudicia, & c. Contrarium est usque ad locum illum, tum vero illa iudicia. Quid enim tandem illi iudices responderent si quis, & c. potest dici, quod hic sit Ratiocinatio, si interrogaciones, & respōsiones hic positas attribuamus eidem, at si duobus secus esset, quia vtait Cicerio Ratiocinatio est per quam ipsi a nobis rationē poscimus, quare quicquid dicim⁹, & crebro nos met a nobis petimus vniuerscuusque propositionis explanacionem, & cetera. Quis tantam turpitudinem. & cæterae. Repetitio est.

Quod si hoc videtis quidē iam, ac omni ratione, Conclusio est. Extat memoria, sunt tabule, & cetera. Hic est dissolutum. Atque ego illa non argumentabor, & cæ. Occupatio est. Eum corrupisse qui in periculo fuerit, & c. Repetitio est. Negate, negate inquam, & c. Conduplicatio est. Ad hominis agētis, audacis, & c. Articulus est. Ad ex cogitandū accuratissimi similiter cadēs. Et duobus iugulatū prēiudicijs & cæ. Tralatio est. Cū esset egens, sumptuosus, & c. Articulus est. Audax, callid⁹, & c. Articulus est. Qui illum vestrum innocētē, & c. pmutatio est ex contrario dicta. Versata esse in iudicio mentionem pecunie, & c. Dissolutum est. Itē similiter desinēs, ut membrorum ē cōparatio Conuenit cū colore, vt comparat cū Rythmo. Atque in hāc flāmā recentem, & c. Tralatio est. Sed clamore hominū de foro, atque adeo de ciuitate & cæ. Correctio est. Quis tamen auderet dicere nocentem, & cæte. Repetitio est. Item contentio sententiarum. Quād dies mitigauit, & c. Dissolutum est. Agitis, tractatis, inquiritis, & c. Dissolutum est.

tum est. Quid albiana pecunia, & cetera. Translatio est. Tenetur vno loco, &c. Repetitio est. Item dissolutum. Quare cum istinc causa corumpedi iudicij, istinc pecunia, &c. Repetitio est. Alienissimum folidissimum, &cetera. Articulus est. Præter inuidiam errorem suspicionem, &c. Articulus est. Maximis opibus, cognatis, adfinibus, &cetera. Articulus est. Modestus, prudens, &cetera. Articulus est. Non fuit illud iudicium iudicij simile, non fuit, Conduplicatio est. Non modus est habitus, non mos, &cetera. Repetitio est. Quod homo nequam temporis, &cetera. Articulus est. Non dico hoc tempore iudices, &cetera. Occupatio est. Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallacie, &cetera. Dissolutum est. O innocentiam Opianici singularem, &cetera. Exclamatio est. Item permutatio ex contrario, in qua flamma, turbulenta, &cetera. Articulus est. Aut hoc iudicium reprehendas tu cuius accusatio, &cetera. Diuissio est, & magis in vigore sententiae propria, quam in prolatione verborum. Alia lege certis criminibus plurimis testibus, &cetera. Articulus est. C. Seia cum A. L. Metello, & Gn. Domitio, &cetera. Exemplum est. Vtrum quia censes scripserint ita sit, an quia ita fuerit illi subscripterint, &cetera. Communicatio est. Sí ideo quia subscripterint. Diuissio est. Remouent authoritates censoriae, &cetera. Dissolutum est. Docet quam pecuniā Cluentius dederit, quemadmodum dederit, & hic est color, qui conuersio nominatur repetendo, cum ad extremum cōtinenter reueratur. Conuenit cum schemate, quod anadyplosis dicitur. Cum vero eum fuisse Opianicum constabit, &cetera. Frequentatio est. Qui tabulas publicas, &cetera. Repetitio est. Nihil se' testibus. Nihil tabulis, &cetera. Repetitio. Non vtique exemplorum copiam, &cetera. Repe titio est. Nuper hominem tenuem &cetera. Exemplum est. De huī pudore, integritate, virtute, &cetera. Articulus est. Non in exemplum summi, & clarissimi. P. Aphricani, &cetera. Exemplum est. Sed tu Accidens consideres censeo diligenter vtrum censorum iudicium &c. Disolutio est. Cum tunc populus cum populo cōcitatō. Repetitio est. Ut mare quod sua natura trāquillū, &c. Similitudo est. Hoc em̄ vinculū est huius dignitatis, similiter cadēs. Ut corpora nostra sine mēte, &c. Similitudo est p̄ breuitatē apertius dicēdi causa. Itē sentētia est. Legū ministri magistrat⁹, &c. Repetitio ē. Quid M. Plectori, quod. C. Flaminij, &c. Exemplū est in plurib⁹. Itē repetitio. Oēs viri, mulieres, liberi, serui, &c. Articul⁹ est. Itaq; abitio legē, morē Cluētio gero, &c. dissolutū est. Q̄ m̄ oīa cōmoda nostra iura libertatē, &c. Articul⁹ ē. Etiā sis inuidiosus, aut multū offensus, &c. Repetitio est. Est em̄ sapienter iudi. &c. Sētētia est. Sed hīc in cōsilio legē, religionē, aequitatē, &cetera.

DD.iiij.

Articulus

**A**rticulus est. Habetis iudices totam vitam de moribus Clu-  
entij, & cætera. Transitio est. Apud huc illæ Romæ habitauit, &c.  
Dissolutum est. Pater pater inquam illius adolescentis, Conduplicatio  
est. Sed homines inimicos suos morte adfici volunt, & cætera.  
Divisio est. Damnati, exules, deserti, & cætera. Articulus est. Ne-  
mo recipere tecto, & cætera. Repetitio est. Post mortem eius Sasia  
nepharia mulier, & cætera. Dissolutum est. Ex omnibus seruis Strato-  
nem illum dilexerat, & cætera. Dissolutum est. Tu periculum ca-  
pitis, & cætera. Repetitio est. Voluerit, optauerit, & cætera. Articu-  
lus est. Mitto illam primam libidinis iniuriam & cætera. Occupa-  
tio est. Item repetitio. Item dissolutum. Itaque apud cæteros nouis  
inter propinquos, & cætera. Contentio sententiarum est. Cæteri no-  
uis adfinitatibus, & cætera. Contentio sententiarum est.

## ARGUMENTVM ORATIONIS PRO QVINTIO,




**O**RNELIUS QVINTIUS ET  
Sextus Neuius Romani ciues societatem inie-  
runt certarum rerum, quas in Gallia posside-  
bant. Qu. stante illa societate defuncti haere-  
ditas illa venit ad P. Qu. fratrem suum, qui P.  
Qu. cum vellet rationem societatis inire cum  
Neuio a quo fuerat præter spem de promissa  
quadam pecunia destitutus, magna cum frau-  
de circunuētusa Neuio. Nam cum adinuicē  
pro illa ratione pecuniaria lítigarent, fuissent  
que de communi voluntate vadimonia dissoluta, & Quintius iter cæ-  
pisset in Galliam, Neuius a prætore postulauit, ut sibi ex prætoris ea-  
dicto bona Qu. possidere licet, quia deseruisset sibi vadimonium.  
Quintius quod Neuio prætor iniuste concessit Alpheno procurato-  
re causam Qu. defendant. Fuit etiam Quintius ipse quum primū in  
Galliam venit electus per vim manu seruorum communium a funa-  
do Gallicano, volebat igitur Neuius bona Quinti tenere & posside-  
re, & in ipsis ius suū esse dicebat, quia per. xxx. dies possideret ex præ-  
toris edicto. causam autem Neuij Qu. Hortensius, & L. Philippus  
multo cum fauore defendebant, cōtra quos Cicero pro P.Q. perora-  
uit hac elegantissima oratione.

Genus

**GENVS CAVSAE IN QVO HAEC  
HABETVR ORATIO.**

AEC ORATIO EST IN IVDI<sup>E</sup>  
 ciali genere constituta, habet enim hęc causa petitionē  
 h cum defensione. petebat enim Neuius bona P. Qu. re-  
 tinere tanquam ex prætoris edicto possessa, & a postula-  
 tione, Q. a Cicerone hac oratione defenditur, demon-  
 stratiuum quod in laude Q. & vituperatione Neuij habetur, est inci-  
 dens. Nam refertur ad principale propositum defensionis.

**CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA  
HAEC HABETVR  
ORATIO.**



AC IN CAVSA NEVI<sup>S</sup>  
 se iure fecisse qđ i bonis Q. fecerat adserebat,  
 contra vero Qu. non iure, sed iniuria fecisse dē-  
 cebat. Nec defensionem extraneam Neuius  
 adsumebat. Nam ratio illa deserti vadimonij  
 per quam causam fundabat Neuius non dicitur  
 debet defensio extranea, sed potius ratio cause.  
 Nisi enim sic esset in omnib⁹ similib⁹ causis  
 nulla esset constitutio iuridicialis absoluta, sed esset quelibet adsum-  
 ptua si ratio quæcumque defensio diceretur extranea, non autem est  
 defensio extranea, nisi aut per concessionem & sub ea præsertim pur-  
 gatione. Nam deprecatio non propriæ defensio dicitur potest, aut per  
 remotionem criminis, aut translationem criminis, aut comparationē,  
 he quidem sole sunt defensiones extraneæ, reliquæ vero rationes quæ  
 ab oratoribus adducuntur ad causas diuersarum cōstitutionum ratio-  
 nes propriæ causarum appellari conuenit, & huiusmodi est ratio deser-  
 ti vadimonij adducta per Neuium propriā ratio causæ suę, non extra-  
 nea a defensione, quod cum ita sit cū videlicet confessio facti sit, &  
 assertio iure facti, quia Neuius cōfitetur se in bona Quintij prætorio  
 edicto immisum, & adserebat iure immisum sine adsumptione de-  
 fensionis DD. iiiij,

fensionis extraneæ. Quintius vero id iniuria factum dicit, manifestū est, quod constitutio causæ in qua hæc habetur oratio est absoluta iuridicalis, in qua quæri conuenit (vt ait Cicero) iure ne sit factum, vt in hac causa, & quæstione Quintiana sit.

## DE RHETORICAE PARTIBVS HIC CONSIDERANDIS.



E INVENTIONE MEMORIA pronunciatione hic est dicendum, ut supra in Po-  
peiana est dictum, sed dispositio hic est in partib⁹  
orationis ab institutione artis profecta. Primo co-  
ponit exordium. Deinde narrationem, deinde di-  
uisiōnem, deinde simul confirmationem, & con-  
futationem, quarum duarum partium adiunctio-  
ne dici mutata non debet dispositio naturalis, raro enim contingit, vt  
vnam sine altera ponamus, sunt enim loci vtriusque fere ijde, hoc dif-  
ferentes, quod in altera parte ad seueratōe firmantur, in altera dissolu-  
tione tolluntur, deinde ponit Epilogum conclusiūm orationis.

## DE PARTIBVS ORATIONIS EXORDIVM.



VAE DVÆ RES & cætera. Hic incipit  
oratio & orationis exordium, pro cuius disquisitio-  
ne primo genus causæ considerandum, quod dicitur  
dubium esse, ante enim rem ultimo iudicio iu-  
dicatam, licet appareat Cicero defendere quod vi-  
deatur ab omnibus defendendum, & oppugnare  
quod videatur ab omnibus oppugnandum, dici ta-  
men debet dubium genus causæ cum præsertim & honesti viri. Qu.  
Hortensius & L. Philippus defendebant Neuium, & Neuius ipsa pre-  
toria autoritate possidere sed dicat. In dubio itaque causæ genere, vt  
ex arte debuit, iudices studet hoc exordio causæ suę beneuelos compa-  
rare. primo enim beneuelentiam captata persona aduersariorum eos  
trahendo in iniuriam, cum prerogatiwas ipsorum late commemorat,  
tum ex parte eloquentie Neuianę, & sua detrimenta lamentatur, tum  
ex parte angusti temporis, quod sit arctatus in causę prævisione, quib⁹  
deinde

deinde rebus postulat merito, ut verba sua audiant meliori mente iudices, causam reddens, ut scilicet veritas debilitata aequitate talium hominum recreetur, per hoc etiam a persona iudicum sibi benevolentia comparando captat, & cetera. Deinde pulcherrime a persona aduersaria trahendo eos in iniuriam, cum appellas iudices proponit illam conditionalem, quod scilicet nullo fuisse praesidio videantur contra vim, & gratiam solitudinis atque inopiae, & cetera. Procedendo enim sic innuit apud aduersarios esse vim atque potentiam, a persona vero sua paupertate, solitudinem, atque inopiam. Deinde benevolentiam captata persona iudicum, cum excusando metu Quinti dicit. C. Aquilio preposito iudice non venire sibi in dubium fidem eius atque constantiam, & reliquos iudices appellat electissimos Ciuitatis. In que his debere habere summam spem Quinti, confitetur. Deinde a persona aduersariorum ipsos in iniuriam trahendo benevolentiam captat, cum dicit Sextum Neuium aduersarium verbo esse, re vera homines potentissimos, atque horrentissimos ciuitatis, ut vult Cicero manifesto iudicibus apparere his adiumentis Neuium magis quam veritate co fidere, deinde captat benevolentiam a persona Quinti eius incommoda proferendo, cum ostendit iniuriam factam Quintio in eo quod orator ipsum defendens cogatur primo loco dicere, & alia lamentatur detimenta propter aduersariorum potestiam sibi inesse, & prolatis in commodis simul ostendit. Quintum in alijs spe non habere, quam in C. Aquilio. Ceterisque iudicibus illius cause, cum ipsum afflictum, & affectum malis dicit ad suam fidem misericordiaque confugere, cum sibi non fuerit adhuc aequus magistratus, aut agendi pars potestas, simulque orat iudices, ut agitatam aequitatem illo in iudicio consistere patientur, in qua quidem ultima particula captare videtur benevolentiam etiam ab ipsorum iudicum persona, cum innuit in eis sola spem obtainendarum iustitiae remansisse. Verum pro maiori nisu est in hoc exordio aduersarios reddere iniuriosos, & sic de hoc exordio breuiter dictum sit.

## NARRATIO.



ORNELIVS QVINTIVS & cetera.  
Hic est narratio pars una orationis, & eius generis  
quod pertinet ad eas causas de quibus iudicium est  
futurum, in qua quidem narratione nihil non  
trahit ad utilitatem suam Cicero causa vincendi,  
ut est facile in oratione videre, & est breuis, diluta,

cida, & verisimilis, vt debet esse laudabilis & artificiosa narratio. Incipit enim narrare vñ erat necesse, nec ab ultio initio repetiuit. Nam a societate contracta per C. Quintum, & Neuium, cuius societatis necessaria noticia erat, incepit, & usque quo opus erat prosecutus erat, usque scilicet ad hoc iudicium. C. Aquilius in ea causa constitutum, nec vitetur transitionibus non necessarijs, nec deerrat ab eo quod incipit exposere, nec bis aut saepius idem dicit, & breuiter omnia facit, quib⁹ ipsa narratio breuis fit, dilucida, & verisimilis, vt videre pfacile est considerati narrationem & documenta narrationis in arte.,


## DIVISIO.



**E**RVM QVONIAM TIBI INSTANT, &c. Hic est divisio pars vna orationis qua huc usus est Cicero secundum eam suam speciem quem expositio nuncupatur, exponit enim hac in parte breuiter & absolute quid ipse acturus sit, vt sit videlicet ostensurus causam non fuisse, cur a praetore Neuius postularet, vt bona P. Qu. possideret. Deinde ipsum ex edicto possidere non potuisse. Postremo non possedisse. Hic enim terminus totam suam est complexus orationem, & vt ipse testatur hos ipse sibi circuicedit, ne extra hos cancellos euagaretur oratio. Partes enim expositionis generales sunt termini dicendorum, sub quarum partium unaquaque plures questiones possunt contineri. Nam si omnes explicarentur in partitione auerterent animos auditorum a causa taliter ornata, vt enim ait Martinus in sua Rhetorica capitulo de partitione, talis esse debet partitio, vt singulæ partes eius plurimas in se questiones continant. Nam si fuerit per incidentes questiunculas deriuata enerabitur ipsa partitio, etiam ex hoc reddent iudices rerum copiam fugiendam, ponens ipse exemplum de hac partitione subiungit, ideo Tullius in Quintiana sic partitus est, vt singula capitula plures questionum articulos continerent, & ei primo istud non fuisse causam postulandæ proscriptiōnis, vide quanta contineat, quod pecunia debita Sexto Neuio non fuerit, & aliter agi oportuerit, quod. Qu. Vadimonium non deseruit, secundum quod videlicet ex edicto possidere non potuerit, quod & procuratorem habuerit, & absens defensus sit, & non latitauerit & cæteri creditores Quintij sint, & quod antemissum fuit, vt fundo communis expelleretur, quam proscriptio eius imperaretur, & cæte. Hæc ille, vtitur etiam enumeratio utens vocabulo numerali, cum dicit nego fuisse causam

causam cur postularet, nego ex edicto possidere potuisse, nego posse-  
disse, hæc tria cum docueris perorare, & hæc connumeratio, vt debet  
ex arte non plus quam tria continet, vt vides, quod ait Martianus.  
Animaduertis corpus orationis totius per hæc tria linea menta dige-  
stum esse.

## CONFIRMATIO ET CONFUTATIO CONIVNCTA.



ON FVIT causa, & cætera. Hic est con-  
firmatio cū confutatione cōiuncta permixta,  
quas hac oratione coniunxit, quia ipse natura  
cōiunctæ sunt, vnde cum de utraque permix-  
tum tractauit in arte, & etiam talem modū cau-  
sa ista poscebat, in qua nunc, vt actor imprope-  
rat acta per Neuium, nunc vt reus Neuianas  
fallacias repellit a Quintio, modum etiā hūc  
agendi omnes defendantium orationes patiū-  
tur, sed videamus vt hæc pars est eleganter tra-  
ctata per locos suæ constitutionis, videlicet iuridicinalis absolutæ, pri-  
mo enim vide primā expositiōis partē videlicet nō fuisse causam cur  
Neuius postularet, & cætra. Arguit & demonstrat per locum a cau-  
sa, cum causam omnino fuisse nullam, quia debitum non fuisse, debi-  
tum vero non fuisse necesse est, demonstrat per cōiecturales locos, vt  
facit egregie. Vnde hac in parte concidit conjectura in qua subtili ar-  
gumentatione versatur per locum ab argumento demonstrans non de-  
buisse Quintum Neuio, qui in multa petendī occasione non petiit.  
Nec ullius vñquam debiti verbum fecit, & quæ contra, vel a Neuio  
dicebātur, vel dīci potuissent multa ratione confutat, deinde ad Aqui-  
lum versus, & subito post Hortensium postulans, vt de re pecuniaria  
iudicium ante fiat sine periculo fortunarum, confutat id quod Ne-  
uius dicere videbatur, hæc scilicet immo inquit abs te satis accipiam,  
& cōfutat per locum a bono, & æquo, cum satisfactionem illam innuit  
esse iniquam qua satisdet Quintius. Neuius vero non interrogatiue  
dicens quis tandem nobis ista iura tam æqua describit, quis hic statuit  
quod æquum sit in Quintum, id iniquum esse in Neuium? deinde  
iterum se conuertit ad probandum non fuisse causam cur postularet,  
quia non fuit debitum, & hoc multa arguit ratione.

Quod si debuisset, & cætra. Postquam superius Cicerò primam illam  
dispositionis

dispositionis partem confirmauit ostendens nūl Neuio Quintium debuisse, & hæc conjecturaliter demonstrando, nunc prosequitur partē eandem dispositionis eam scilicet non fuisse causam cur Neuius postularet, vt bona Quintij possideret, confirmingo per locos proprios principalis constitutionis in causa, hæc est iuridicalis absoluta. Nam dato, & concessso quod debuisset Quintius Neuio, & quod vt Neuius adserebat sanctū sibi fecisset vadimonium, arguit non fecisse, tamen causam, vt Neuius postularet, &c. Et arguit hic elegantissime per locum a iure naturæ, cum demonstrat quanta fuerit eius impietas in socium, & ad finem, in eo quo Neuio humani facere debuisset, sic vt cū multis rationibus ostendat ius naturæ violare non debuisse, quod ius vt ipse inquit in arte, est quod aut cognitionis, aut pietatis causa obseruatur, hoc ergo iure attento demonstrat non fuisse causam Neuio, vt postularet & cætera. Quod idem arguit etiam per locum a consuetudine, quid in causa simili boni viri facere consueverant, quia oīa prius experiri malūt, quam ad illud extremum auxilium deuenire, ad fine vero partis huius confirmatoriæ argumentum efficacissimum reseruauit, vt docet ipse in arte argumenta debere disponi, vt scilicet meliora in principio, & fine collocentur, mediocria, & non tam utilia per medium dispergantur, hoc vtique argumentum huius partis in fine collocauit, quod est eo die quo Neuius dicit Vadimonium esse factū Quintius adserat se probare eo die nō fuisse se Romę posito ergo hoc argumento quo merito debeat iudices commouere, vteos vehementer accendant, sibique conciliet elegantissime exaggerando materiā Quintianam petitionem iustissimam ponit in fine.

Docui quod pollicitus sum, & cætera. Hic est Epilogus confirmationis antehabitæ, & cætera. Attende nunc ex edicto, & cætera. Confirmata prima dispositionis siue enumerationis parte, superest hic reliquum confirmare quod sequitur. Intendit itaque monstrare Sextum Neuium. P. Qu. bona nullo modo possidere, quod arguit per locum a lege, cum legem tractat edicti prætori ostendens in eo edicto. P. Quintum non posse comprehendē, & per consequens ex eo dicto bona sua possidere non potuisse. Deinde quod Neuius adserebat Quintium iudicio non fuisse defensum, & idcirco prætoris edicto bona sua legitime possideri confutat Cicero, & monstrat Quintum ab Alpheno procuratore fuisse defensum, & per consequens prætoris edicto bona sua non esse possessa, quod totum trahitur ex loco a lege cum liquido demonstratur legem edicti prætorij Quintio non obesse, cum fuerit ab Alpheno defensus, & que de appellatione tribunorum, & obiectione potentiae illorum obijciebat Neuius. Confutat Cicero, vt defensus Quintius

Quintius videatur, & sic edicto prætorio ipsum cffendi non posse. Deinde improperat factum Neuij per locum a iure naturę, quod ad finis, & socius id fecisse dicatur, quod alienissim⁹ nemo fecit, &c. Deinde arguit per locū a consuetudine, siue lege Romana, edicto prætoris Neuium non possedisse, cum arguatur non probasse per testes sibi vadimonium fuisse desertum, & reliqua, quæ lex siue consuetudo requirit, ut latitationem absentis, & fraudem, & cætera. Deinde ostendit ex testimonio ipsiusmet Neuij se nō possedisse, & cætera. Deinde diserte pertractat quoddam efficacissimum argumentum, quo ostenditur non edicto, sed vi Quintium esse deiectum, aut nuncium vnum bido septingenta passuum millia confecisse, quod cum sit impossibile restat vt Quintius sit vi electus, & cætera. Deinde rediens ad edictum arguit non possedisse Neuium, & arguit per locum a lege cum ostendit ipsum non obseruasse legem edicti, qui e fundo dominum vi detrusit, & sic ipsum omnia non iure, sed iniuria fecisse demonstrat, qui cum posset ad suū venire facilius si quid ei debitū fuisset a Quintio, omnia potius difficillima iudicia pretentauit.

### EPILOGVS.

**STENDI QVAM MVLTA**  
quando fieri, & cætera. Postquam Cicerò superius late differuit confirmando, & confutando, hic descendit ad constitutiones orationis, & primo est vsus Epilogo per enumerationem omnium argumentorum ante factorum, per quam enumerationem summa cū arte colligit ea de quibus verba fecerit argumenta sic breuiter, ut res noua, & non reintegrata oratio visa sit, & ordine quicquid dictum erat retulit, fecitque diligenter, ut fieri debere docet in arte.

### CONCLVSIO EX COMMISERATIONE

**VNC CAVSA** perorata, &c. Superius immediate Cicerò vsus est enumeratione, nunc vtitur conclusione, quæ constat ex commiseratione & ex calamitate Quintij iudices ut comoueat ad misericordiam, & hoc agit egregie ex locis commiserationis, qui ab ipso in arte tractantur, ut intuenti videri perfacile potest.

EE.j.

De Elocutione.



ANTONIVS  
DE ELOCVTIONE.

**V**ULTIMVM EST VT DE reliqua parte rhetori-  
cæ, videlicet elocutione orationis videamus, de qua plane  
per omnia sic dicendum, vt diximus in Pōpeiana, & de hu-  
ius est similiter exornationibus perscrutandum.

COLORES.



OMINES DISERTISSIMOS, fortissimos, & cætera. Articulus est. Qui cō-  
muni studio, summis operibus, & cætera. Ar-  
ticul⁹ est. Ita fit, vt ego qui tela depellere, &c.  
Tralatio est. In tuam. C. Aquili fidem, ve-  
ritatem, misericordiā, &c. Articulus est. No-  
men in ius par non agendī potestas, &c. Repe-  
titio est. Tollitur ab atrijs Licinijs, & cætera

Dissolutum est. Ibi cum vir optimus Sextus Neuius, & cætera. Per  
*auctiōne* mutatio est ex contrario. Authorem velle facere destitit, & cætera.

Dissolutum est. Quintius porro istum posse facere videatur, & cæte-

Dissolutum est. Tum iste vir optimus, & cætera. Permutatio est ex  
contrario.. Deteriore tempore absens auctionatum, & cætera. Disso-

lутum est. Disceditur postulat, & cætera. Dissolutum est. Et enim  
si veritate amicitia fide, & cætera. Articulus est. Item, cōclusio. Ami-

cum socium ad finem, & cæte. Articulus est. Libellos sex Alphenus  
procurator, & cætera. Dissolutum est. Quintius intera contra ius con-

suetudinem, & cætera. Articulus est. Venit Quintius Romam, va-

dimonium sistit, & cætera. Dissolutum est. Bonorum possessor, ex-

pulsor, ereptor, & cætera. Articulus est. Nihil petiit, quiescit condi-

tionibus hunc quoad potest perducit, & cætera. Dissolutum est. De-

cernit quam æquum nihil dico, & cæte. Significatio est per abscissio-

nem. Recusabant qui aderant, & cætera. Quintio, & cætera. Dissolu-

tum est. Sponsonem facere maluit, fecit, & cætera. Dissolutum est.

Nego fuisse causam cur postularet, & cete. Repetitio est. Non fuit  
causa cur postularet , & cætera , Ratiocinatio est. Quis tam disso-

lutes in re familiaris, & cætera. Repetitio est. Certiorum faceret  
appellaret rationem adfert, & cætera. Dissolutum est.

Quod viri optimi faciunt si quis vos, & cætera. Contrarium  
est. Ita credo hominem propinquum, tui obseruantem virum bo-

num, &c.

num, & cæ. Articulus est. Homo timidus virginali verecundia, &c. cætera. Permutatio ex contrario est. Si debuisset Sexte petuisse, &c. Gradatio est. Cum hominem nominem satis mihi video dicere, &c. Significatio per ambiguum. Appellant tempus non erat, & cæterae. Subiectio est. Si negligentiam dicis mirabuntur, & cætera. Diuissio est. Quid haec quo pertinet onus ad tuum, & cætera. Subiectio est.

Possimus aliquando depositis armis, & cætera. Repetitio est. Qui inter tot annos reappellarit, quod Quintum, & cætera. Repetitio est. Nihil hoc tanto negotio, & cæterae. Repetitio est. Potententes diserri nobiles omnes, & cætera. Articulus est. Minæ locentur pericula intentantur, &c. Dissolutum est. Et enim mors honesta, & cætera. Commutatio est. Item sententia. Cum posset perdere pepercisse, &c. Commutatio est. Domus eius vxor liberi, &c. Commutatio est, & articulus. Audacem cupidum perfidiosum, & cætera. Articulus est. Docui quod primum pollicitus sum, & cætera. Transitio est. Debere tibi dicis. Quintum, & cætera. Dissolutum est. Credo aliquando eiectum, & cætera. Articulus est. Item permutatio ex contrario. Ingenio vetustate artificio, & cætera. Articulus est. Eloquentiam grauitate honore, & cætera. Articulus est. Excellens ingenio nobilitate extimatione, & cæterae. Articulus est. Vnus fuit ad finis, socius necessarius. & cætera. Articulus est. Vadimonium mihi deseruit fraudauit, & cætera. Dissolutum est. Orem incredibilem, o cupiditatem incōsideratam, & cætera. Exclamatō est. Est quædam tam perspicua virtus, & cætera. Sententia est. Quid haec arma? quid haec extimatio, & cætera. Repetitio est. Quid facias diffinitte instituit, & cætera. Dissolutum est. Eum ipsum qui fraudanti causa, & cætera. Repetitio est. Mitto illud dicere enim qui non latitauerit, & cætera. Occupatio est. Cui Romæ domus vxor liberi procurator esset, & cæterae. Articulus est. Ostendit quā multa ante fieri, frequentatio est usque ad locum illum nunc perorata prius huius inopia possit ad misericordiam & cætera. Contentio est. Contra sibi officium fidem diligentiam, & cætera. Articulus est. Scilicet vivere enim, & cætera. Repetitio est. Ab ipso repudiatus, & cætera. Hic est color permisso cum ostendit se Quintum tradere, & permettere alterius potestati. Ne is cuius officio nemo vñquam, & cætera. Repetitio est.

## ARGUMENTVM ORATIONIS PRO

LAELIO FLACCO.

EE.ij.

Lucius



VCIVS FLACCVS CIVIS ROMANUS VNUIS DE AUDITORIB<sup>9</sup> CICERONIS & DEFENSORIB<sup>9</sup> PATRIÆ IN CONIURATIONE CATILINÆ, FUIT PRÆTOR IN ASIA, & CUM EXPLETA PRÆTURA E PROVINCIÆ DISCESSISSET, ROMAMQUE VENISSET. D. LÆLIUS FLACCI INIMICUS ILLOS HOMINES ASIATICOS EXCITAUÍT, VT ROMAM VENIRET AD ACCUSANDUM. L. FLACCUM, QUI VENERÚT, & EÙ DE VARIJS AUARICIE CRIMINIBUS ACCUSAUERÚT, VT QUOD IMPESA INUTILI REMIGUM ONERAFFSET CIUITATES, & QUOD NONNULLIS INDEBITE PROUINCIALIBUS AC ROMANIS PECUNIAM ABSTULISSET. HUIUSMODI ITAQUE ACCUSATUS CRIMINIBUS FLACCUS, & GRECORUM ATQUE ASIATICORUM QUORUMDAM TESTIMONIO LAESUS A CICERONE HAC NOTABILI ORATIONE DEFENDITUR.

### GENVS CAVSAE IN QVO HAEC

#### HABETVR ORATIO.



AEC ORATIO EST IN IV-DICIALI GENERE COSTITUTA. HABET ENIM HÆC CAUSA ACCUSATIONEM CUM DEFENSIONE. ACCUSATUS ENIM. L. FLACCUS A LELIO, NAM GRÆCI & ASIATICI MAGIS TESTIUM QUAM ACCUSATORUM PRESESPÉM FERUNT, DEFENDITURA CICERONE,

### CONSTITVTIO CAVSAE IN QVA HAEC

#### HABETVR ORATIO.



ONSTITVTIO IN QVA HÆC HABETUR ORATIO CONJECTURALIS EST. NAM FERE OMNIA QUAE FLACCO OBIECTA SUNT PER NEGATIONEM SIMPLICEM DEPELLUNTUR, ALICUBI TAMEFACTUM NON NEGATUR, SED IURE FACTUM DICITUR, BENE CONSTITUTIO TŪC MUTATUR, VARIAT ENIM COSTITUTIONEM ISTA DEPULSIO, SED PER ORATIONIS PARTES OMNIA EXPLICANTUR, & UNQUÆQUE COSTITUTIO SUO LOCO MONSTRABITUR, HOC TANTUM DICATUR IN PRESENS QUOD IN CONJECTURALI CONSTITUTIONE PRINCIPALI FUNDATUR ORATIO.

DE RHETORICAE PARTIBVS HIC  
CONSIDERANDIS.



E INVENTIONE MEMORIA  
& pronunciatione hic est dicendum, ut supra est  
dictum in Pompeiana, sed videamus huius oratio  
nis dispositionem, quæ quidem hic est non ab in-  
stitutione artis profecta, sed ad casum temporis ora-  
toris iudicio accommodata, nō enim nisi quatuor  
orationis partibus usus est. Nam exordium ponit  
primo, deinde diuisionem, deinde confutationē, deinde conclusionē.

DE PARTIBVS ORATIONIS,  
EXORDIVM.



VM IN MAXIMIS PERICVLIS huius vrbis, &c. Hic exordium cum oratione incipit quod est ex arte accommodatum egregie, genus autem causæ est dubium, cum accusatio in Flaccum crimen avariciæ videatur ad ferre, & exinde causa partem turpitudinis visi- deri possit habere, altera vero parte sit summa honestas Flacci & integritas patriæ iam cognita. Vnde genus causæ fit dubium ante presertim quam fuerit in causa ultimo iudicio iudicatum. Cum igitur dubium genus sit esse debet exordium principiter benevolentiae captatiuum, & ita egregie a Cicerone cōfectum est, vt possimus videre perbreuiter. Captat enim primo benevolentiam a persona Flacci & sua qualis fuerit vterque in rem publicā, & in eos qui audiunt referendo, dū significat se cum. L. Flacco simul in maximis vrbis Romæ periculis, in grauissimo atque acerbissimo reipubli- cæ casu cedem ab adiutoriis, cōiugibus, liberisque suis, vastitatem a templis delubris vrbe atque Italia depulsisse, per hoc dices se sperasse potius honoris. L. Flacci adiutorem futurum quam miseriarū depre- catorem, & ille etiā velut ex cōmemoratione insperati incōmodi, cū esset miseriarum deprecator hac in causa non adiutor bonorū iudices a sua persona beneuelos sibi facit, nam, vt docem⁹ in arte, beneuelen- tiam a nostra persona captabimus, si nostra incommoda proferemus,

EE.iij. postque

postque etiam spectare ad incommodi speciem similemque exordij rationem, quod dicit se extimasse si aliquando iudicium Flacco fuisset subeundum multitudinis potius imperit, quam hominum sapientissimorum fuisset subeundum, nec D. Lelium vñquam fuisse eam accusationem suscepturum, & huiusmodi spei suae rationibus assignatis hac spe deceptum esse significat. Deinde egregie iudices sibi facit dociles, & attentos, cum petit ut cogitent statum ciuitatis, memoriam temporum præteriorum, salutem præsentium, spem reliquorum in suis sententijs, & in illo uno iudicio contineri ostendens, quod si vñquam res publica grauitatem iudicum implorauit sibi eo tempore possimum imploraret, cum sint ipsi non de Lydorum, Misorum, aut Phrygū, sed de sua republica, & communī salute iudicaturi, itaque cū ostendat quantum sit res difficilis, & grauissima iudicanda, quantumque spectet ad communem salutem, & quantum ad rem publicam pertineat eos valde reddit attentos. Deinde etiam iudices beneuelos sibi facit ostendens omnia alia reipublicæ subsidia cecidisse, & nihil spei pro salute saluanda nisi in ipsis in vniuersa republica remansisse. Deinde iterum captat beneuelentiam a persona Flacci conuersus ad Lelium oppugnatē Flacci integrimam multis in officijs vitam.

## DIVISIO.



T A TESTIBVS LAEDITVR  
&c. Hic est diuisio pars vna orationis, cuius divisionis ea specie usus est Cicero, quæ expostio nominatur, quibus enim de rebus dictur? sit exponit hic breuiter, & absolute, & secundum hanc expositionem tota oratio subsequens tractatur a Tullio, vt ex arte sua conuenit.

## CONFUTATIO.



ER DEOS IMMORTALES IV-  
dices, &c. Hic est confutatio pars vna orationis  
quæ pars est semper adeo utilis ac idonea defendēti, vt alia fere confirmatione non egeat, cum præterea etiam sua confirmare videatur, qui aliena cōfutat, vt sæpiissime dictum est. In hac igitur cum agatur causa in constitutione conjecturali locis  
vtitut

vtitur coniecturæ, & quoniam accusantes suam causam confirmatio nemque fundauerant per locum a testibus, quos ex Asia adduxerant contra Flaccum, opus fuit ut Cicerio eorum dicta refelleret per locum præcipue contra testes, quod facit egregie. Utitur enim primo argumēto illo quod ipse in arte docet ab argumento, & signis contra testes op̄ponit. Nam sic incipiens confutare multa cum elegantia verborum vim illius loci communis adsumit, videlicet plus oportere credi argumentis, & signis quam testibus, nam admiratiue querit a iudicibus an credituri sint testibus ignotis nihil ipsa cōiectura iudicaturi in eo pr̄fertim cuīus vitæ innocentissime multa sunt signa & argumenta, vt ipse ostendit cum ante actam ab eo vitam in officijs alijs cum multa laude commemorat, quod totum ad id refertur, vt credi debitum videatur his argumentis & signis, non testibus.



**T** QVOS TESTES, &c. Postquam Cicerio demonstrauit nullis omnino testibus esse potius quam Flacci vitæ credendum, hic ostēdit hos presertim testes refutandos. Arguit itaque contra testes generaliter talium in dicendis testimonijis inconstantiam demōstrando, cum dicit testes gr̄cos esse, & illitteratos, & leues, & impudētes, & causis varijs concitatos. Cumque inuehit in vniuersum genus gr̄corum testimonijs ostendendo eos nunquam religionem, & fidem in dicendis testimonijis coluisse, sicut Romani colunt, semper eos impudētissimos testes fuisse, & infames ipso proverbio, deinde recitato insidioso accusatoris modo & inquisitione per ipsum habita contra Flaccum, ostendat saque gr̄carum nationum natura testimonia ita confutat, vt ostēdat illa non esse nec debere testimonia vocari. Deinde arguens contra crimen ipsum id egregia ratione confutat, cum demōstrat nullā surrip̄i potuisse pecuniam, cum ipsam in ærario non habeant ciuitates nec tributo imposita appareat, nec versura collecta cum nullæ creditoris tabulæ proferantur, quas tamen si proferrētur multa suspitione cōmaculat, testesque ipsos multis argumentis ostendit cupide dicere atque mentiri, ita ut eorum dicta, & illa sophismata ciuitatum nullatenus pro testimonijis habenda videantur, quæ omnia induxit summa cum arte, & elegantia orationis ad confirmandum locum illum contra testes, quo maxime loco hac egebat in causa.

EE, iiiij.

Et iam

## TIAM IAM VNIVERSA

istorum, & cætera. Postquam superius Cicerô vniuersaliter confutauit testimonia leuissimè nationis, hic crimen vnum a prouincia Asia obiectum Flacco confutat. Crimen erat huius modi, quod Flaccus videlicet inutili impensa remigum prouinciam Asiam onerasset. Itaq; propter depulsionē Flacci ad huiusmodi intentionem, quæ intentio est iniuria remiges imperasti. Depulsio vero, iure imperauit. Constitu-

tio iuridicitalis hic incidit, fatetur enim fecisse, & iure fecisse defendit quod ut posset Cicerô iudicibus demonstrare, tria habuit confutare que obijci potuissent. Potuisset enim obijci iniuria ipsum remiges imperasse, quia non licuisset imperare. Item quia non fuisset opus imperare. Item quia nauis nulla nauigasset, haec tria triplici constitutione confutat, primum in iuridicali absoluta, cum dicit iure fecisse, quia licuit, licuisse autem per locum a lege demonstrat, quia senatus consulo &c. Secundum vero in iuridicali adsumptua ex cōparatione, cum hanc agitat cōtrouersiam, fuerit ne utilius remiges imperasse vel nō, in qua quidem constitutione cum queri ex arte conueniat de eo quem oportuerit iudicare, an fuerit utilius, querit hoc Cicerô utrum scilicet Græci statuet, & exteræ nationes, an prætores imperatoresque Romani, ut ostendat scilicet non prouincialium, sed ipsius L. Flacci hoc propriè fuisse iudicium. Deinde ostendit fuisse honestius, atque venustrius remiges habuisse propter dignitatem, & splendorem populi Romani, deinde arguit utilius fuisse propter præsidium, quod multis argumentis ostendit, & in contrarium obiecta confutat, sic ut appareat opus fuisse ipsum remiges imperasse. Tertium autem agit in constitutione conjecturali, Classem videlicet ad tutelam & præsidium nauigasse, quod per locum a testibus probat, & ut nulla fraudis suspicio maneat impurgata, quod de numero nauium, & de descriptione equabilis sumptus obijci posset purgat.

## ED QVONIAM DE TOTIVS

communis Asiæ, & cætera. Cicerô prosequens suam confutationem in constitutione conjecturali, postquam confutauit crimen a tota Asia obiectum Flacco, cōfutat eidem obiecta crimina specialium personarum, & arguit per locum contra testes singulorum vitæ turpitudinem detegendo, & ostendendo



& ostendendo eos cupide dicere atque mentiri, quoniam autem causa sua multum ledet a testibus in multa testimoniis reprobatione consistit.

**T**AQVE ciuitatis prudentis, & cetera. Quia hac in parte ita confutatur, ut confiteatur, quod ei de pecunia collata ad honores patris obsecrabatur, & se id iure fecisse defendit, quia illam sibi pecuniam accipere licuerit, constitutio variatur, & fit iuridicalis absoluta.

**S**PICIAN T HVNC florem, & cetera. Parum per aduersarijs scelere notatis infamia, ut in eos odium iudicium irritaretur, ut appareat non omnes exteris ciuitates inimicas Flacco esse, sed leues tantum, & male institutas, bene autem moratas & nobiles Flacco faveare, eas que pro Flacco sunt numerat, ut oppositis grauissimis contra leuissimos, probatissimos, contra infames causam suam per locum a testibus, & contra testes extollit ac roborat.

**E**QVIT VR aurum illa inuidia, & cetera. Hac in particulari dum crimen de auro refellit incident constitutio iuridicalis absoluta. Nam Flaccum iure fecisse demonstrat, ut patet in litera orationis.


**V**ENIAMVS IAM ad ciuium Romanorum, &c. Hac quoque in parte iuridicali absoluta constitutio agit causam contra obiecta aliquorum ciuium Romanorum, cum ostendit Flaccum iure fecisse, quod fecerit, tum in causa Deciani, tum in hereditate Valeriae Sextilij uxoris, tum in causa liberti Lucronis villicique Septimi.

**F**ALCIDIANVM crimen est ingens, &c. Hic cum obiectum per falcidijs epistolas crimen neget, testimoniumque refellat voracissimi hominis causa ad conjecturali constitutionem tracta est, & per locum contra testes argumentum est sumptum.

**C**ED QVID ego de epistolis, & cetera. Pars huc est a causa constitutione remota, & egressu, sed summo artificio collocata. Nam hic Cicerone aduersarios ducit in odium, & exempla proponit quorundam qui exigente R.P. statu absoluti fuerunt, quasi per hoc innuens immo clare significans absolutionem Flaci ad statu

cí ad statum communem, & publicum pertinere.

## CONCLVSION.



**T**SI PRODESSĒ LAELIO  
Flacco, & cætera, Ab hac parte præcipue incipit iudices deprecari, & acriter nití ad misericordiam commouendam, & sic orationem deprecando concludit, vt conclusio videatur ex commiseratione constare. Ostendendo enim variā fortunarū commutationem, & in quibus incommodis sit futurus nisi causam obtinuerit enunciando, & supplicando, & subiicie do, se potestati iudicūm quorum misericordiam captat, & inducendo lachrymas miserabiles, atque preces filij Flacci deprecando concludit, & affectus hoc potissimum loco effundit, qui vt placet Quintiliano est effusius affectum.

## DE ELOCVTIONE.



**L**TIMVM EST VT DE RELIqua parte rhetoricae, videlicet orationis elocutione videamus de qua plane per omnia sic dicēdū, vt est dictum supra in Pompeiana, & de huius similiter est exornationibus perscrutandum.

## COLORES.

**A**DEM a vobis coniugibus liberis vestris, &c. Articul⁹ est. Vastitatē a templis delubris vrbe Italia, &c. Articulus est. Ut omnia R.P. subsidia, &cæ. Articulus est. Si nunquam reipublicæ, &c. Articulus est. Hoc tempore hoc inquam tempore, &c. Conduplicatio est. Deciuitatē statu de communī salute, &c. Repetitio est. Pro fugiabonorum præsidia innocētum, &c. Articulus est. Quem enim alium appellem⁹ quem obtest⁹ quem implorem⁹ &c. Repetitio est. Item subiectio est. Nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos, &cæ. Repetitio est. Quid authores⁹ quid duces⁹ quid principes⁹ &c. Repetitio est. Prætero illa quæ p̄tereunda non sunt, &c. Occupatio est. Multi boni docti prudentes, &c. Articulus est. Multi impudentes illiterati, leues, &c. Articulus est. Tribuo

est. Tribuo illis literas, do multarum artium disciplinam, & cætera. Dissolutum est. Omnes se spoliatos vexatos fortunis versos, & cætera. Articulus est. Ad id se parat, nihil curat aliud, & cætera. Dissolutū est. Vinci, refelli, coargui, & cætera. Articulus est. Comitatum dico immo quantus exercitus, & cætera. Correctio est. Authoritatem, gratiam, copias, opes, & cætera. Articulus est. Illa vetus quæ quodam opibus imperio gloria, & cætera. Articulus est. Tum bella inutilia su scipiebant, & cætera. **Hic** est repetitio. Adolescens bonus honesto loco natus, & cætera. Articulus est. Venit in oppidum græcorum, & cæ. Dissolutum est. Audire temeritatem vulgi audire, &c. Repetitio est. Duæ rationes conficiendæ, & cætra. Diuisio est. Una sedent ex accusatorum subsellis surgunt, & cætra. Dissolutum est. Bene testem interrogauit, & cætra. Dissolutum est. **H**i viuunt cum inimicis, & cæ. Dissolutum est. Conessoribus conuiuijs contubernalibus, & cætra. Articulus est. Nihil religione testatum, & cætra. **H**ic est repetitio. Omnia corrupta libidine iracundia studio precio periurio, & cætra. Articulus est. Classes predonū vrbis portas, & cætra. Articulus est. Sustulit pacem maritima summa virtute atque incredibili celeritate confecit, & cætra. Dissolutum est. Omnis sinus, promotoria littora, & cætra. Articulus est. Aliud vidit extimauit quoque tempore, & cætra. Dissolutū est. Sed quoniam de totius communis Asia, &c. Transitio est. Vnus Asclepiades fortuna egens, & cete articulus est. Testarer publicanos excitarem negotiatores, & cætra. Dissolutū est. Si pretor dedit, vt est scriptum a quæstione numerauit, & cætra. Gradatio est. Quæritur grauis locuples ornata, & cætra. Articulus est. Nobiscum est confitendum si consilijs principum, &cæ. Diuisio est. Vtrum vultis patris Flacco licuisse, nec ne si licuit, & cætra. Diuisio est. Vnde humanitas doctrina religio, & cætra. Articulus est. Et eorum eadem terra parens altrix patria, & cætra. Articulus est. In hominum leuitates inconstantiam cupiditatem, & cætra. articulus est. Quoniamquidem furtum nusquam reprehendis, & cætra. Dissolutum est. Adferens faciem nouam nomen vetus, &c. articulus est. Cur non pergami Smyrne Tralibus, & cete. articulus est. Ocum te delestat lites turbæ, &c. Dissolutum est. Item articulus. Amynthus est genere honore extimatione, &c. articulus est. Sciunt hoc omnes nobiles, &c. Repetitio est. Item dissolutum. Restituat vxorem reddat misero patri filiam, &c. Dissolutum est. Filiam filiam inquam erumno so patri, &c. Conduplicatio est. Sed quæro vsu coemptione vsu non potuit, & cætra. Diuisio est. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, & cætra. Dissolutum est. Harum rerum authores, duces, principes, &c.

cipes, &c. Articulus est, &c. Vis absit, ferrum ac lapides remoueantur, &c. Dissolutum est. O dij immortales quid hoc miserius, &c. Exclamatō est. M. Aquilium patres nostri, &c. Exemplū est. Aliqua quæ sequuntur. Dabitur de ducibus authoribusque conseruādē ciuitatis, &c. Repetitio est. Onox illa quæ pene æternas, &c. Hic est exclamatio. Tu tamen Flacce pr̄etor communis exitij nuncios, &c. Repetitio est. Non æ ille decembris, &c. Exclamatio est. Similiter parum in fra Onox, &c. Misere miní familiæ iudices, misere miní fortissimi patris, misere miní filij, &c. Hic est color repetitio,

**FINIS.**


XICHONIS POLENTONI PATAVINI AR-  
GVMENTA SVPER ALIQVOT ORATIO-  
NIBVS ET INVECTIVIS CICERONIS, AD  
IACOBVM DE ALVAROTIS  
LEGVM DOCTOREM  
PATAVINVM.



VONIAM LON-  
GITVDO SCRIPTVRÆ STV-  
diosi etiam ingenium perfatigat, ut in fine aliquan-  
do, quod in principio viderit sit oblitus, placuit ad  
Tyronum usum argumenta construere super no-  
nullis orationibus, & inuectivis Ciceronis, cū An-  
tonius Luscus vicentinus orator illustris super vndeциam iam scripsis-  
set, genus pr̄terea constitutionem, & dispositionem ostendere, nō ab-  
negauerim ea potuisse ac debuisse, tū ad artem, tū ad historiā explica-  
tius dilatari, sed me certe sic arctauit occasio ut de maximis pauca te-  
tigerim, & velut pictor, qui angusta tabella amplitudinem orbis ostē-  
dat, imaginem gradis rei solo paruo signauerim, quare statueram hęc  
ipsa ceu

īp̄a ceu plebeia, sīne prīcip̄o, sīne nomīne exhibere, verū quā fuisse  
audio quos nō pudeat aliena commentaria suo nomīni arrogare non  
perpendentes se nīmīum, atque nīmīum auīdos glorię, multo plus īn-  
famīæ apud peritos homīnes quam laudis apud ignaros adulescentes  
los promererī . Ipse mīhi consuluī sub aliquo exordio tibi, cu-  
ius studīum non mīnus oratorijs quam forēsibus delectatur, hēc līcet  
forte mīnus īntegra vīdeantur dedicare. Subriderem equidem & ad  
iocosam laudem proculdubio reputarem, sī quisquam ex his qui lato  
clauo, promisso capītio, tuberosis genīs tumefacti se maxīmos Rheto-  
res ambīunt appellari, alīqua mea velutī a se perfecta ī publicū se-  
minarent. Tu vero compater optime frueris argumentis istis, & ea,  
qualiacunque sint, habebis a me non a quoquam alio emanasse.

**C**ARGVMENTVM SVPER ORA-  
tione qua Tullius reuocatus ab exilio senatuī  
Romano gratias egit, quae incipit, si patres  
conscripti. &c.



HETORICORVM prīceps Marc⁹ Tul-  
lius Cīcero Arpīno ex opido oriundus Romā vr-  
bem tum orbīs habenas ī imperiū vnicī cōtinentem  
se contulit. In qua vrbe quāquam aduena, & hu-  
milis genere haberetur, ad maxīmos tamen magi-  
stratus, & honores ascendit. Cum autem suurrare  
tur plurimū decōiurationē Catilinæ, quā Fulvia  
mulier (vt testatur Salūstius) ī honesta, sed vtilis Romano po. ob ī-  
solētiā Curiū concubinarij sui propalauerat, populus Romanus ac-  
census est ad consulatum mandandum Marco Tullio Cīceroni, nam  
antea nobilitas ēstuabat, & quasi pollū consulatum credebat, sī quis  
quamuis egregius homo nous adeptus foret, sed vbi tantæ cōiuratio-  
nis periculū aduenit, postpositis īuidia atque superbia creati sunt cō-  
sules. M. Tullius, & Antonius, erat enim tum consulatus dignitas  
ī vrbe maximus magistratus, at collegam suum Antonium nequid  
contra Rēpublīcam sentīret pactione prouincia pepulit. Prudenti  
itaque diligentia sua Cīcero Catilinam expulit, expulsum deleuit.  
Coniurationis prīceps Lentulum qui Patrīcius, & clarissima gente  
Cornelia consulare ipsum ī imperiū quo tunc Cīcero eminebat  
habuerat, tum vero prætor erat, ac Cethegum, Statilium, Gabiniū  
Cepariū carcerauit, carceratis demum per iudices rerum capitaliū  
laqueo gulam fregit, quibus tantis viris nobilissimis infamī mor-

FF.j. te sublatiſ

te sublatis ea res quāquam rem publicā liberasset, Ciceroni tamē mul-  
tas, & maximas conflauit, nam finito consulatus officio authoribus  
P. Clodio Cesonio Caluentio, Gabino L. Pisone, & alijs qui tū reipu-  
blicae residuebāt Cicero in exilium datur, bona eius publice diripiunt,  
domus eius diruitur, dirupta in religionis porticum sub libertatis si-  
mulacro consecratur. Expetebant enim ab eo Catilinam Cethegum,  
& reliquos velutī quos ipse odio non iure necasset promulgauerant,  
quod nunquā Cicero ad patriā rediret nisi prius illi quos tam crudeli-  
ter (vt agebant) necauerat reuiuiscerent, volentes eum perpetuo exu-  
lare, cum impossibile homini humano sit a mortuis resurgere, verum  
& illorum crudelī, & iniquo magistratu exacto Cicero multo maiori  
honore & lætitia reuocatus est quam dedecore, & dolore pulsus fuerat  
quamobrem ne ingratus tanti beneficij videretur in pleno statu omni-  
bus in genere, & singulis in specie, qui salutem suam operati fuerant,  
hac insigni oratione gratias refert, innocētiā suā perfidiam æmu-  
lorum senatus totius populi Romani, ac demum vniuersiisque qui  
repatriationi causam dederant beneficium commemorans dicit quo-  
que confutando iniurijs obliuisci malle, cum satis sibi futurum sit nō  
solum ad referendam, sed ad commemorandam gratiam eorum quo-  
rum beneficio, & virtute restitutus est. Dicit etiā le maluisse furorū cō-  
fusis, & Tribunī plebis æmulatorum cädere quam resistendo pericu-  
lum in Rep. ponere. Est itaque hæc oratio constituta in genere demō-  
stratiuo, cum vituperet eos a quibus relegatus est, & laudet eos a quib⁹  
reuocatus est. Constitutio est conjecturalis. Dispositio autem non ab  
artis institutione, sed ad casum temporis oratoris iudicio accommoda-  
ta. Primo enim ponit exordium, secundo confirmationem interposi-  
tis aliquib⁹ narratiūculis. Ultimo ponit cōclusionē p enumerationē.

### CARGMVENTVM ORATIONIS

quæ incipit. Quod præcatus a Ioue optimo ma-  
ximo, &c. qua Cicero ad Quirites seu popu-  
lum Romanū innocētiā suā excus-  
sans de restitutione sua in patri-  
am gratias agit.

**C**ICERO SICVT IN ARGVMENTO  
præcedentis orationis qua ad senatum gratiarum actiones  
commemorans quantum ab vniuerso senatu, quātum a sin-  
gulis pro eius restitutiōe operatum fuerit dictum est, sic &  
in ista quoque notabili oratione, & diuina pene eloquētia apud Quiri-  
tes seu

tes, seu populum Romanum excusat se dicens nō eius culpa, sed odio  
damnatum exilio fuisse, & vt magis augeat beneficium, & vt exilium  
sibi commodum fuisse ostendat, dicit quod non senserat prius sicut  
postea sensit, quam iocundum foret frui patria fratre ceterisque ami-  
cis & fortunis suis, & quod intellexit magis carendo quam fruendo  
quid haberent voluptatis, quodque honos, dignitas, locus, ordo, bene-  
ficia, quāquam sibi semper carissima visa fuerint, tamen ea nūc remo-  
ta illustriora videntur, quam si sublata sibi seu obscurata non fuissent.  
Dicit quoque nedum sibi, sed nemini fuisse tantam eloquētiā qua  
magnitudinem multitudinemque beneficiorum quæ ad eum fratrem  
suum, & liberos contulerunt, non modo augere, aut exornare oratione  
sed enumerare posset, commemorat etiam & auget beneficia P.R. in  
eius optata restitutione, innocentiam quoque suam ostendit dices nō  
exulasse reatu suo, sed quia egerat cōseruandæ ciuitatis causa, quæ im-  
probi homines noluissent, quodque Cicero frater & G. Piso gener nō  
improbauerunt gratiā a populo pro eo quod exularet aliquo crimi-  
ne, sed propria virtute authoritate senatus restitutus est, cum sibi non  
fuerit multitudo propinquorum, vt fuit P. Pompilio, & Quinto Me-  
tello, qui tribunicijs rogationibus nulla authoritate senatus restituti  
sunt, neque sibi fuerunt armatae vires, vt Gneo Mario, qui non modo  
a senatu, sed oppresso senatu restitutus est, & quod ipse Cicero cer-  
tare armis cum potuerit noluit, quoniam & vincere & vincī luctuo-  
sum reipublicæ fore putauit, confutat etiam seu remouet quod  
de eo timeri posset, cum Iesus quisque ad vindictā tendat, dicit certe se  
futurum fidelem, vt semper fuit, atque nullatenus vindictam quæsi-  
turum, hæc igitur oratio est in genere demonstratio, constitutio cō-  
iecturalis est, dispositio vero non est ab artis institutione profecta, sed  
ad casum temporis oratoris iudicio accommodata. Nam primo ponit  
exordium per quod, quia genus est dubium, captat benevolentiam, de  
inde confirmat. Postremo concludit per enumerationem.

**C**ARGVMENTVM super oratione quæ incipit. Cum multa  
diuinitus, qua restituendam sibi domum eius per Clodium consecra-  
tam ad pontifices perorauit incipit.

**V**ABVS VTI EX PRAEMISSIS ORA  
tionibus ostensum est Ciceroni ex eo q̄ patriā a cōiuratio-  
ne Catilinę seruauit, multi emuli succreuerunt, inter quos  
P. Clodius Tribunus plebis consensu consulū ei interdi-  
xit, ne in senatū iret, atque p̄cenā statuit illis qui sibi in aliquo subue-  
nirent, diripuit quoque bona sua, domum autem electis uxore, & fi-  
lijs funditus diruit, & ad perpetuæ ignominiæ memoriam disruptam

FF.ij. in porticum

in porticū simulacro deae libertatis consecrauit. Verū Cī. & si (vt ait) potuisset armis furorī tribunitio resistere, p cōmodo tamē Reipubli- cæ, vt exulcedere maluit, tādē cū caritas nedum, sed fames frumenti isto P. Clodio authore orta omnē ciuitaten opprimeret, totius populi cōcursu, & authoritate senatus Cicero velutī qui summa prudētia se- mel patriā seruauerat, & qui posset huic caritatī remediū inuenire re- uocatus est, & integre ad ciuitatē, & ad honores restitutus. In senatu autē rogat⁹ de annonæ grauitate sentētiā dicere onus huiusmodi, pui siōis imposuit G. Pōpeio, q̄ sua integratate annonæ puidet, petijtq; a senatu domū sibi religionis vmbra surreptā restituī. Porro P. Clo- dius cōtra obstabat nō debere restituī, accusabatque eū q̄ extra ordinē imposuisset onus annonæ Gn. Pō. senatus vero ex sentētiā M. Bibu- li delegauit hāc quēstionē de restituēda domo collegio pōtificū, corā quib⁹ P. Clodius vtī ex hui⁹ orationis breuis eliciſ prius verba fecit, deinde Cicero hac egregia oratione respōdit diluēdo primū obiecta. Deinde ostēdēdo sibi domū debere restituī, nec potuisse iure cōsecra- ri, neq; cōsecratā esse, orans pōtifices non patiantur eū quē P. Clodius & omnes boni custodē patriæ iudicassent, pati eandē pœnam qua adfi- ciuntur reipublicæ euersores, scilicet domū suā taliter sub religione teneri. Hāc itaque oratiō longa, & pene diuinitus exornata in genere iudiciali constituta est. Nam continet excusationem seu defensionē Constitutio autem multiplex est, sed prīncipalīs videtur iudicalis ad sumptiuā, interponit etiam suspitiones quasdam ex constitutione con- jecturali, quare putent pontifices domum eius non iure, sed præter in- stituta, & odio consecratam. Dispositio est non ab institutione artis p- fecta, sed ad casum temporis oratoris iudicio accommodata. Primo quidem ponit exordium seu insinuationem. Nam cum turpe videri possit domum dijs immortalibus cōsecratam repeti, & etiam cum au- ditores, vtī aduersariū dixerat, sibi irati viderentur, & eorum animus esset ab aduersario persuasus, vtītūr insinuatione captans beneullen- tiā ne qua pars turpitudinis sibi obesse posset, deinde diuidit aperi- ens in quibus non conueniat cum aduersario, exponensque res de qui bussit prīncipaliter dicturus ad purgationem sui, repercutiens in ad- uersarium obiecta in se, tandem illam purgationem cōcludit per enu- merationem, demum post purgationem venit ad causam prīcipalem de domo sibi restituenda, ostendens eam nullo iure sacratam, & ibi etiam prius diuidit petens veniam de tam multis dictis extra causam & pollicetur se inde pauca dicturum, postremo concludit per commi- ferationem.

**CARGVMENTVM ORATIONIS**  
 quæ. incipit. Si quis iudices, & cætera, qua Tul-  
 lius M. Cælium de beneficio accusatum co-  
 ram iudicibus defensauit. Incipit.



RIMINATVR MARCVS CE  
 lius claræ indolis, & discipulus Ciceronis per  
 Atratinum Lucium Herenium, & Balbum,  
 quod a Clodia, quæ erat soror Publij Clodijs &  
 nupserat Quinto Metello, aurum mutuo sump-  
 sisset, & ei postea ne reddere cogeretur vene-  
 num per Licinum parasset, propterea que cor-  
 rumpere studuisse seruū Clodiæ, sed cum id  
 serui Clodiæ reuelassent Clodiā ordinasse  
 seruis, ut locū darēt Licinio ad balneas Baianas,  
 & clam misisse amicos qui Licinium cum traderet seruis Pyxide ve-  
 nenī in manifesto delicto comprehendenderent, at vero dictunt accusato-  
 res Licinum amicorum Clodiæ insidijs patefactis dimissa pyxide e  
 manibus aufugisse, ad probandum crimen adducunt quod Marcus Ce  
 lius sit iuuenis lascivus, impudicus, speciosus, secesserita patre, domū  
 sibi emerit, fuerit unus ex conscijs coniurationis Catilinæ, verbera-  
 uerit senatorem, uxores aliquorum de nocte a cena redeuntium  
 attraxerit. Erat itaque accusatores pro Clodia multi sed infestior erat  
 Atratinus, quoniam M. Cælius patrem illius criminè ambitus in iu-  
 dicium vocauerat, vnde sub pietatis specie indexerat, iudices etiā die-  
 bus festis & ludis hanc causam audirent. Contra vero has accusatio-  
 nes Cicer. M. Cælium familiarem, & discipulum suum, & dicendi  
 arte peritum defendit hac oratione elegantissima, in qua mirabiliter  
 diluit, & confutat criminia obiecta peraduersarios, ostendens patentissimis  
 conjecturis M. Cælium non esse reum, demum contra Clodiā  
 veniens dicens sibi turpe mulieres inimicitias agere, introducit ve-  
 luti ab inferis quandam cæcum, qui pro eo loquens mulierem ob-  
 iurget. Exinde introducit etiam fratrem quandam minorem  
 ipsius Clodiæ, qui ab ea quærat causam cur Marcum Cæli-  
 um accusari voluerit. Excusat etiam cursum iuuenilis vi-  
 tæ, dicens ferendū esse si iuuentur nō parcat pudicitiae suæ, si tamē nō  
 spoliet alienam, nō effundat patrimonium, non inferat opprobria ca-  
 stis, labore integris, infamia bonis, si ita aliquem interimat, si non inter-  
 sit insidijs, si careat scelere, si reuocet se aliquando ad curas rei domesticæ

FF. iiij. & rei



& rei forensis, vt̄ fecit M. Celius cui īneſt ratio bonis artibus īſtituta, & cura ac vigilijs elaborata. Oratio quidem ista est in iudiciale ge- nere constituta. Nam continet defensionem. Constitutio est coniectu- ralis. Dispositio autem est non ab īſtitutiōe artis profecta, sed ad ca- sum temporis oratoris iudicio accommodata. Primo siquidem ponit exordium per quod cum cause genus honestum sit multū nititur cír- ca ea quae in exordijs requiri ſolent. Deinde utitur diuīſione, deinde confutat que ad causam faciunt in ſpeciali de auro ſumpto, & veneno parato. inserit etiā narrationem breuem, ſimplicem, dilucidam, p̄ qua exponit cum attenuatione accusationem, demum venit ad conclusio- nem, ſed finis deeffe videtur.

## CARGVMEN T V S V P E R O R AT I O N E

que incipit. Si authoritates patronorū, &c. quā Cicero pro L. Cornelio Gaditano de illegitima ciuitate accusato ad iudices habuit.



VCIVS CORNELIVS Hispanus  
gente, Gaditan⁹ patria, vir armis, & fide pro-  
batus in p̄emiū virtutis a Gneo Pōpeio im-  
peratore seu cōſule Romano, ciuitate vrbis  
donatus, & G. Cēſare p̄efectus fabrū creat⁹,  
verū gloriæ ipſius, & honoris æmuli nonnul-  
li effecti ſunt, vnde accusatus eſt iudicib⁹, q̄  
naeſtus ciuitatem fuerit cōtra leges, & foede-  
ra, dicit tamē accuſator Gneū Pompeiū do-  
nasse eum nō ſciēter ſed ignoranter, cum ne-  
ſciuerit id legib⁹ prohiberi. At vero defensores eius fuerunt Gn. Pō-  
peius veluti qui amicus, patronus, largitor fuisset, & M. Crassus ami-  
cissimus ſibi, ac demum M. Cicero qui eum hac elegantissima oratio-  
ne defendit, ostendens Gn. Pompeiū ſciuisse leges, & ei licuisse do-  
nare, & leges non obſtare, & cætera. Eſt itaque hæc oratio p̄incipaliter  
in iudiciale genere constituta, incidit tamen etiam genus demōstra-  
tiuum cum Gneum Pompeiū, & Lucium Cornelium laudet, poſ-  
ſet etiam dīci quod incidat genus deliberaſtium, cum dicat L. Corne-  
lio inimicari multos non propter Lucium Cornelium, ſed quia ami-  
cūs ipſius Ciceronis ſit, & ſuper eo coſulat prouidendum. Conſtitu-  
tio autem eſt iuridicalis abſoluta, cum dicat iure donatum. Eſt eti-  
am adſumptiua per remotionem criminis, cum dicat a Gneo Pom-  
peio donatum. Eſt item legitima ex ſcripto & ſententia cum de  
interpretatione legum agat, intercurrit cauſæ conſtitutio conie-  
ſturalis

Eturalis cum ostendere nütatur eum accusari odio, & inuidia non per proprios suos, sed per amicorum suorum æmulos. Dispositio vero est non ab artis institutione profecta, sed ad casum temporis oratoris ius dicio accommodata. Primo enim exorditur. Secundo diuidit. Tertio confirmat iure donatum. Quarto intermissa etiam captatione benevolæ & diuisione cōfutat aduersarij interpretationem legum, demum concludit per commiserationem.

**CARGVMENTVM SVPER ORATIONE**  
quæ incipit Hesterno die, quam Tullius responsi interpretatione fas  
tam per P. Clodiū falsam fore, sed periculum Reipu,  
præmonstrare ostendit.




IC ILLE PVBLIVS CLODIUS qui Tribun⁹ plebis cōsensu Pisonis & Gabini consulū, ut ex præcedentibus argumentis & orationibus præmonstratur Ciceroni senatum, & cōmunionē ciuium interdixerat, bona ei⁹ vxorem, & filijs exclusis diripuerat, dum dīruerat, diruptam in porticū deæ libertatis cōsecrarat, & ne restitueretur, neq; reedificareſ quātū potuit obſtiterat, cū senatus authoritate cōsensu populi Cicero restitut⁹ foret, & eius domū liberā fore ab omni religione pontifices iudicassent, contentionē habuīt in qua dixit strepitū cū fremitu in agro latīno auditum esse, quæ ex restituzione consecratæ domus religionem violatam significare ex aruspicum responso dicebat, quæstus quoque multum est religionē taliter polutā restituzione illius dominus quā ipse proprijs manibus consecrasset. Demum etiam frequenti senatu qui equitibus Romanis dabatur impeditre causam publicanorum voluit, & minatus est tacita voce Ciceronī, quare ex curia electus fuit, verū quia electione ista non nulli arbitrabātur Ciceronē vehementius quā sapienti hominī cōuenire elatū, & aduersus illū inimici cū suū nīmiū iratū fore. Cicero ad excusationē sui, & ad accusationē æmuli hanc elegantissimā, & ornatissimā orationem recte Tulliana eloquentia confertam ad senatum habuīt, per quā dicit se iratū duob⁹ scilicet Pisoni & Gabino, q̄ cōsules eum quem defendere debuissent arbitrio, & furori æmuli p̄diderūt, nō aut se iratū P. Clodio cū ipsum puniendum dīmittat Tito Annio, cui deuota & cōstituta hostia ipse Clodius videatur. Nititur quoque ostendere quā ridiculosa fuerit illa cōtio in qua is de violata religiōe cōquest⁹ sit, q̄ violator religiōis, &

FF. iiiij. impudicæ

impudicæ vītæ semper fuerit. Nítitur quoque ostendere illum strepitum non significare violationem religionis, sed præmonstrare mutationem status ex discordia optimatum, & ita aruspices respondisse, eamque commutationem timendam esse ob sceleratam mentem. P. Clodij, & propterea consulit prouidendum esse ne status reipublicæ commutetur, & constituendas esse dijs precatiōnes, & obsecratiōnes quemadmodum ex responsis aruspicum monentur, hæc quidem oratio est in genere deliberatiuo. Constitutio est legitima ex controuersia scripti, & sententiæ, scilicet responsi aruspicum. Est etiam cōstitutio conjecturalis. Dispositio est non ab artis institutione profecta, sed ad casum temporis oratoris iudicio accommodata. Primo enim exorditur. Deinde narrat Tertio cōfirmat primam partē intentionis sue. Postea secundam, demū concludit per amplificationem.

## CARGVM ENTVM SVPER ORATIONE

quæ incipit. Si quando inimicorū, & cætera. quā Tullius pro seipso in exilium cedente metu. P. Clodij ad senatū, & milites habuit.



CICERONI, TVM QVIA NOUUS homo, & alienigena virtutum meritis, & ciuitatem, & ad summos magistratus ascenderat, tum quia in consulatu suo extinxerat flamam quæ reipublicæ ex coniuratione Catilinæ vehementissime imminebat, multi odio & inuidia inimici conflati sunt, quorum acerrimus. P. Clodius fuit. Hic namque & communem, & senatum interdixit sibi ita (vt ipse ait) non accusatus, sine iudice, sine teste, sine crimine, ab æmulo pulsus sit. Quare ista elegantissima oratione populū Romanū animos nítitur concitare ad cōprimendum furorem. P. Clodij Tribuni plebis, qui nō modo ad ipsius Ciceronis, sed ad totius reipublicæ perniciem talia permolit, dicit tamen se cedere malle omnium salutis causa quā manus cōserant inter se. Orat quoque, & deos immortales, & senatū, & equites ut ei qui sua virtute rempublicā salvam fecit auxilio sint, & eius liberos, & necessarios recipiant, & defendant. Sunt tamen qui hanc orationem Tullianam eloquentiam non sapere suspicentur. Verum quicunque fuerit author ipsa in genere de liberatiuo constituta est. Constitutio est conjecturalis. Dispositio vero non est ab artis institutione profecta, sed ad casum temporis oratoris

ris iudicio accommodata. Primum siquidem exorditur in genere hō  
nesto. Secundo confirmat intermixta etiam aliqua confutatione. De  
mum concludit per commiserationem.

**CARGVMENTVM SVPER ORATIONE**  
quae incipit. Si quis ante iudices, &c. Qua Cicero defen-  
dit coram iudicibus. P. Sextium de seditione per  
P. Clodium accusatum.



VBLIVS CLODIVS QVI TRI-  
bunus plebis homo, vt vult Cicero facinorosus  
permittentibus. L. Pisone & Gabino consulibus  
quorum alter negligens & laetus, alter horridus,  
& simulatus erat, omnem statum reipublicæ per-  
uertit, cum bonis ciuiis, qui plurimum possent  
noua, sed falsa criminā dīctim opponeret, in Cice-  
ronem etiam contra fidem datam Gn. Pompeio  
tandem exarsit, eumque dirupta domo, direptis bonis, exclusis uxore,  
& filijs ciuitate pepulit, cū eius furorem si voluisse Cicero reprime-  
re potuisset. his motus Gn. Pompeius, qui virtute sua imperium po-  
puli Romani orbis terrarum terminis diffinisset, senatum habuit, quē  
sua authoritate rogauit, decerneretur quod Ci. remaneret, Quare. P.  
Clodius consiliū iniit interficiendī Pompeijs, patefacto autem consi-  
lio Gneus Pompeius tandem inclusus domi fuit, tandem suffragio. P.  
Lentul. L. Cott, Milonis, & aliorum bonorum virorum referentib⁹  
octo tribunis decretum est Cicero repatriaret, pro cuius salute missus  
est. P. Sextius ad Gneum Cæsarem tunc in Gallia bella gerente. Nā  
P. Clodius seminauerat hoc se facere consensu Cæsaris. Cn. Pompeij  
& M. Crassi. Cum autem dies consilij habendi venisset, & P. Clodi⁹  
in istos arma parasset Qu. Fabricius amicus Ciceronis, & P. Sextius  
qui etiam tribunus plebis erat aggregata manu seruorū multa nocte  
taciti Castoris templum occupauerunt, & ibi aduersariorum consilia  
scrutabantur. At P. Clodius præoccupatus foro, & curia in amicos Ci-  
ceronis impetum fecit. Ibi occisis vulneratisque multis. P. Sextius a-  
deo vulneratus est, vt pro mortuo relictus in templo vix euaserit, pre-  
terea accusauerunt Clodiani P. Sextium & Milonem quos prius de-  
fendit Hortensius, qui sua Oratione criminā diluit, demum Cicero  
hanc orationem pro eis ad iudices habuit. Quæ oratio est in genere iu-  
diciali constituta. Incidit tamen genus demonstratiuum. Constitutio  
est conjecturalis. Dispositio est nō ab artis institutione profecta, sed

FF.v.

ad casum

ad casum temporis oratoris iudicio accommodata.

**CARGMVENTVM ORATIONIS QVAE**  
**incipit. Si tua tantummodo Vatinī, &cæ. quam Cicero**  
**contra Vatinium falso testificatum**  
**habuit.**



**ENTIS ROMANAЕ ORIGINE**  
 sed non vītæ integratōte Vatinio colloquium cū  
 Albīnouano, & T. Claudio habuit, eis consilium  
 dedit accusarēt P. Sextiū, T. Cornelius, & T. An-  
 nium, quod ad tutelam Ciceronis nocte amicorū,  
 & seruorum manu collecta in tēplo Castoris im-  
 petum fecissent in P. Clodium Trību, Plebis, cu-  
 ius odio Ci. exulauerat, nec obstante quod patrocinator in consulē-  
 do accusatoribus fuisset, & testis adductus calcato veritatis dīcēdā iu-  
 ramento negauit se consuluisse, & colloquium habuisse. Prēterea qīn  
 Ci. accusatos defenderat, Vatinius maledicebat Ciceronem, quod ty-  
 rannice quodammodo viueret, nitereturque potentia opprimere bo-  
 nos ciues dicens multum displicuisse bonis accusatos per Ciceronem  
 fuisse defensos, pluraque alia disseminabat Vatinij in Ciceronem, vt  
 in odium ciuitatis induceret. Cicero autem coram L. Lentulo flamī-  
 ne Martialis iudice hac elegantissima oratione ostendit Vatinium cō-  
 sultum conciūm instructorem, & subornatorem accusantium periu-  
 rumque fuisse, se vero defendisse amicos iure, & consensu bonorum ci-  
 uiūm, a quib[us] potissime impellitur. hanc orationem habere ad fran-  
 gendam audaciam, & retardandam loquacitatem Vatinij, licet ex sen-  
 tentia sua statuisse silentio præterire, cū Vatinij vītæ turpissime qua-  
 litas non mereretur tales responsorem habere. Aperit, quoque quā  
 ambitiosus sit Vatinius postulādo se Prætorem fieri, quam audax in  
 conuocando consilium contra leges, quam nepharius in magistratu  
 & quatenus, ipsum in odium audientis inducat, & nomē tyrannī o-  
 stendat, non sibi sed Vatinio conuenire. Memorat hunc Vatinij op-  
 primere voluisse vectij iudicio ipsum iudicem L. Lentulum, nec nō  
 L. Paulum ipsum Tullium Gaium Pisonem generum suum M. La-  
 terensem, demum ne vestigium corrupti iudicij appareret, occidisse  
 vectium. Meminit quoque quæ in Q. Arijepulo fecerit. Itē quod  
 præter vrbis morem legatum se fecerit gestum legati in iussu senatus  
 adsumpserit, quod leges latas ab alijs quam a se non putet, quod dīcat  
 se auxilio Cæsaris amici sui omnia etiam inuitis dijs & hominibus  
 consecuturum

consecuturum, quod seipsum hac opinione decipiatur, cum interrogatus Cæsar apud Aquilegiā quid de quorundam magistratu sentiret, de Vatinio dixerit Vatinium gratis nihil fecisse, cum omnia in pecunia posuisset, & propterea amore carere debere. Ista igitur oratio licet videatur esse in genere iudiciali, magis videtur in genere demonstrativo versari. Constitutio quidem conjecturalis est. Dispositio autem est non ab artis institutione profecta, sed ad casum temporis orationis iudicio accommodata. Exorditur enim primo. Secundo narrat. Tertio unquodque in se obiectum particulariter confutat & diluit, atque eadem omnia repercutit, & confirmat in Vatinium esse. Ultimo vero proposita amplificatione concludit per enumerationem.

## CARGVMEN T VM ORATIONIS QVAE

incipit. Si quis vestrum. P.C. & cætera. quam Cicerο  
dicere sententiam rogatus de sortiēdīs pūn  
cijs, habuit ad senatum.

**D**ECERNENDIS PROVINCIIS cum Romano in senatu diversæ sententiae haberentur rogatus Cicerò sententiam dicere consuluīt remouēdos esse L. Pisonem, Gabinum, & Cesonium Caluētium, qui consulari imperio Syriae & Macedonie præsidebant, Gn. autem Cæsarī imperium in Gallos propagandum. Nam ut ipse ait illorum auaritia turbati Barbari prouincias populabant, adeo, ut Bizantiū positi in gremio Romani imperij oppidum relinquere, arcē munire cogerentur, atque spoliati a consulibus populi etiā supermissio in hyberna exercitu, & ministris scelerum grauarentur, adeo ut C. Caluentius nisi Vergilius legatus vir bonus & innocens obuiasset etiam insignia etē plis omnia diu sanctissime custodita abstulisset, propterea senatus eorum literis indicantibus res per eos bene gestas non credi statuisset, perhibuissetque supplicationes pro eis fieri. Nam & exercitū omnīs vix ad unum usque eorum culpa deletus fuerat. Illas itaque prouintias deinceps gubernari prætores consulit, & imperium illis minime propagari, cum ex interpositione temporis ciuium calamitas, sociorum erumna, sceleratissimorum hominum impunitas propagetur. Ac vero Cæsar ḡtes Gallicas quas priores imperatores reprimere potius quam domare studuerint, bello vix perfecto sub ditione Romana posuerit. Nam subactis cæteris gentibus haec vna gens restabat, præterquam ab oceano

q; ab oceano vsque ad ultimum Pontū omnia tanquam unum aliquē portum tutum & clausum Romanus populus possidebat, præterea periculosum reipublicæ si Cæsari bellum Gallicū consummare volentis successor quispiam mitteretur, quin immo si redire vellet cogendum fore, meritumque tum dicit honoribus quibus ipsius sententia senatū inierat supplicationem, videlicet quindecim dierum, dandum item illi stipendium quo exercitum tenere possit, verum ne quemquam in admirationem ducat quod illos remouendos, hunc confirmandum dixerit, explicat se id ratione reipublicæ dicere, non autem ob causas amicitiae, vel odij quas aut cum illis, aut cum isto gerat. Huius itaque orationis licet genus demonstratum ex laude, & virtutperatione videatur esse, tamen principalius deliberatiuum est. Constitutio conjecturalis. Dispositio non ab artis institutione profecta, sed ad causum temporis oratoris iudicio accommodata. Nam primo exorditur in genere dubio, secundo diuidit Tertio confutando aduersariorum sententiam confirmat & concludit illos ex Syria & Macedonia reuocandos. Deinde confutat opinionem dicentium Galliam, aut ulteriore rem, aut citeriorem cum Syria coniungendam, ut Cæsari prouincia tolleretur, & confirmat ei propagandum imperium, ut bellum inceptum perficiat. Demum explicans quam rationem amicitiae & odij habebat confutando concludit per amplificationem.

**CARGMVENTVM SVPER QVATVOR**  
inuestiuis quarum prima incipit. Quo vsque tandem abutere Catilina, & cætera, quas Cicero tum populi Romani consul contra Catilinam in Rempubliçā cōspirantem habuit.

**VCIVS CATILINA TESTE**  
Salustio Crispo, qui coniurationē huiusmodi scripsit nobili genere natus fuit magna vi animi & corporis, sed ingenio malo prauoque. Huic ab adolescentia bella intestina, rapinæ, cædes, discordia ciuilis grata fuere, ibique iuentutem exercuit, corpus patiens inediæ, algoris, vigiliae fuit supra quam credibile est. Animus audax, subdolus, varius, cuius libet rei simulator, ac dissimulator, alieni appetens sui profusus



sui profusus, ardens cupiditatibus, satí eloquentiæ, sapientiæ parum vastus animus, immoderata, vel incredibilia, & nimis alta semper cupiebat, hunc post dominationem L. Syllæ libido maxima inuaserat R. P. capiēdæ, neque id quib⁹ modis adseq̄retur dū sibi regnū pararet quicquā pēsi habebat. Agitabat magis atq; magis animus indiesque ferox inopia familiaris rei, scelerum conscientia quæ vtraque his artibus auxerat, quas supra memoraui, incitabant eum præterea corrupti mores ciuitatis, quos pessima ac diuersa mala inter se luxuria atque avaricia vexabant, corrupta namque in ciuitate ratus est id quod facilissimum factu erat omnium flagitiosorum atque facinorosorum circu-  
se tanquam stipatorum caternas habere, his amicis socijsque confisus opprimendæ reipu. consilium cœpit, ad hoc quietis rebus ipsi consu-  
latum petendi magna spes fuit, sed pecuniarum repetundarum, prob-  
batus reus cōfurauit de arripiendo dominiū quod Fulvia nobilis mu-  
lier insolentia. Q. Curijs consocij cognitum propalauit, quo accensis patrum studijs M. Tullius. Gn. Antonius consules declarantur. At Tullius cui vrbs euenerat ad euitadum illius dolos & astutias, & per-  
quirendum illius consilia vigilauit, tandem manifesta re apud P. C. publico in senatu Catilinam presentem inuehit monetque, ut ex pri-  
ma inuestiuā liquet vrbe discedat. Inde per secūdam inuestiuam mi-  
lites seu Quirites in Catilinam hortatur, monetque si qui sunt coniu-  
rationis complices abeant, ad Quirites item per tertiam qualiter con-  
spirationem nouerit manifestat, rogetque grates agat dijs, & is dies per  
petuo celebretur. Demum per quartam senatum consulit quid de cō-  
plicibus captis agendum. Sunt itaque hæ quatuor inuestiuæ in gene-  
re demonstratiuo inquantum Catilinam vituperat, sunt etiam in ge-  
nere deliberatiuo inquantum consulit. Constitutio videtur generalis  
ter conjecturalis. Dispositio vero est non ab artis institutione profes-  
ta, sed ad casum temporis oratoris iudicio accommodata.

**ARGVMENTVM SVPER CON-**  
questionibus, seu inuestiuis habitis inter Salu-  
stium, & Ciceronem, quarum pris-  
ma ic̄pit. Grauiter & iniquo  
animo, & cetera,

**Salustius**



**ALVSTIVS CRISPVS ILLVS**  
 strī vrbis prosapia ortus adolescentiam literis de-  
 dit , iuuentutem armis , scribendo senectutem ,  
 fuit enim prætor Iulij Cæsarîs, post multa res ge-  
 stas populi Romani scribere statuit, plura scripsit  
 ex quibus habetur bellum Iugurthinum, habetur  
 consipratiō Catilinæ, habetur etiam hæc liuorosa  
 conquestio contra Marcum Tullium Ciceronē, qui & si Arpino Cā  
 paniæ oppidulo ex regione Volscorum egenis parentibus originem  
 habuisset, suorum tamē inopiam liberali studio subleuauit. Rhetori-  
 calis scientiæ princeps euasit, iurisconsultus, & Philosophus claruit,  
 consul quoque coniurationem Catilinę, qua ignis vrbī maximus im-  
 minebat, extinxit, quib⁹ vbī amorem fuerat meritus, odium, vbī bene-  
 uolentiam, inuidiam, vbī laudes, ignominiam, vbī honores, exilium,  
 & demum vbī vitam, perpetuam, mortem sortitus est . Nam  
 inter cæteros gloriae suæ æmulos Salustius inuidens illum sibi hono-  
 ris gradum præstare cui parentem claritate sanguinis nobilitate se ar-  
 bitrabatur merito præponendum, conquestiōnem siue inuestiūam  
 hanc habuit, quatenus famam illius comitijs denigraret, cui virtu-  
 te non poterat se adequare. Adeam igitur Cicero ne tacēdo aut fassus,  
 aut timidus putaretur per subsequentem cōquestiōnem siue inuesti-  
 uam illi respondit, atque ardentius quo eloquentia notior, & causa for-  
 te iustior sibi erat . Constitutæ sunt itaque hæ constitutiones in ge-  
 nere demonstratiō cum alterum uterque vītuperare studuerit. Con-  
 stitutiō quidem cōiecturalis est, Dispositiō autē non ab artiſ institu-  
 tione profecta, sed ad casum temporis oratoriū iudicio accommodata,

### CONCLVSIO OPERIS.



**ABES COMPATER OPTI-**  
 me munus hoc, licet fortasse præstantiæ tuæ  
 videatur exiguum, ex omni quidem numero  
 orationū Tullij, quas plurimas fuisse autho-  
 rum vetustorum allegatiōe comperimis, dū-  
 taxat viginti vnā priscorum seu odium, seu  
 negligentia nobis posteris cōseruauit. Argu-  
 menta siquidem ista duodecim sunt, utpote  
 duo super sex inuestiūis in Catilinam, atque Salustium. Reliqua su-  
 per. x. orationib⁹ ad diuersa. At nostri temporis Rhetor famosus An-  
 tonius Luscus super. xij. iam perscripsit, videris id commētum, etiam  
 gratulabor

gratulabor amplissime quidem, & argumenta posuit, & partes tetigit,  
 & ad digitum colores offendit. Has meas ineptias, qui leget irridebit  
 fortasse & me quem ignotum alioquin prudentem censabat, hoc isto  
 vno certior factus dementem dicet, sed sic experiendum ingenij cu-  
 pido fecit, atque necessitas ipsa coagit, ut hæc ista argumēta in eas ora-  
 tiones in quas, neque Luscus, neque doctus quisquam scripsera<sup>e</sup> pro vi-  
 ribus amplecterer. Tu alia si non satisfecerint ista gustui tuo gratiora  
 compones. Verum hæc sic a me quantalibet emanata licet ut illi ex in-  
 genti cumulo auri non omnem quantitatem, sed pro loculi capacitatem  
 delegerim minus orationis propriæ singulatim fuerint ante lecta stu-  
 diosis nouitijs reor intellectum aperient, & ingredientibus aditum fa-  
 ciliorē ostendent. Patauij ex ædibus solitæ habitatiōis. M.cccc.xiiij.

**Imprīmebantur LVTECIAE hæc Asconij Pædiani, & Ge-  
 orgij Trapezuntij, Antonij Luschi, Xicchonis Polētoni in Ora-  
 tiones M. Ciceronis commentaria impendio ac ære Conradi  
 Resch, Industria vero & arte Petri Vidoæ, Anno  
 ab orbe redempto. M.D. XX.  
 ad Resurrectionem  
 dominicam.**

**Registrum Chartharum.**

ij. iii. iii.

**A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O.**

iii. iii.

**P. Q. R. S. T. V. X. Y. AA. BB. CC. DD. EE. FF.**



5. G.R.S. T. A. X.Y. V.A.F.F.C.C.D.D.E.E.E  
4. A.V.T. C.D.F.E. G.H.I.J. E.L.L.U.N.O











.....

LIBRERIA  
- P. J. TORIBIO -

